

Syllabus Discept.
Dis. I. de Crim.

1. Bochmer Sam. Sud. de executione poenarum ca-
ritatium honestate.
2. Bochmer Henning. de Crimine Suspecti.
3. ~~~~~~ de Iniquitate et Injustitia actionum
injuridicorum.
4. ~~~~~~ de poena sine crimine.
5. Bochmer. de Recitatione in Criminalibus Spuria.
6. Bochmer. de Matrimonio concilio.
7. Bochmer. quae Duci Patronatus genuinae responso-
tatio sistitur.
8. Bochmer. de Duce Episcopali Principum Evangelico-
rum. ~~rum. cccc~~
9. Bochmer. de Tendio ecclesiastico von Rommelsbäck
Insa.
10. Bochmer. de diverso Sponsalium et matrimonii
iure.
11. Bochmer. de Collisione paroecumlionum
12. Bochmer. de administracione bonorum ecclesiastico-
rum von Pötsch Vor. Insan

13. Boehmer. de Collectione probationum.
14. Strocker. de Invenitio.
15. Kressius. de quibusdam obseruanciis acquisitatis.
pugnantibus circa proassum Denuncia.
Item qui in fidei Sacra ad mandatum
regium de duello 1712 inuictus.
16. Langius. de Obligatione dolingantibus ad poenam co-
poris
17. Lange de Obligatione ad sustinendas poenas delin-
quentium, iudeo Christiano et humano piae.
Scriptio.
18. Leyser. de Cade perduellium privatis litiis.
19. Krausius. de eo, quod iustum est circa poenam
furli dare Saxonibus occasione mandati
regum: regum justissimae Provincie Saxoniae de
Plumbum et Diciba.
20. Werner. de iure poenao in multam conuerter-
di, ~~super~~ nobilibus, dominisq; in or-
dinationis competente.
21. Leyser. de Supri iudicio ciuili.

32. Hommel. de Ratificatione confessionis laeuea.
dis extorta.
33. Bauer. de veritate criminis perpetrati corporis
delicti vocari solidam in adulatio.
34. Klugkist. de verio duellorum limitibus. von Dampff
Dampff
35. Schuborth. de condemnatione in expensas iuris iurandi
di procuratorii comite.
36. Leyser. de Vi publica.
37. Tromman. de correiali obligatione.
38. Stuerz. de injuria magistratui illata.
39. Leyser. de Duece Romanorum antiquo et moderno
cetera et pinas.
40. Fame. de delictis et poenis statuum impensis
Romani Germanici
41. Pauswitz. quod in indicando aliosum videtur.
etiam est.
42. Hommel an et quatenus certitudo corp. del.
in processu criminali necessaria sit.

33. Rivinus: de Effectu Confessionis sive
ratio sacrae et laicorum se parva.

34. Hagenbuch: de Effectu Confessionis sive
panacea in criminibus defi-
ciente corpore delicti.

35. Simon: de impotentia conjugali, atque
adieulo de matrimonio, rebus co-
gnitis

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI,
 QVA DOCTRINA
 DE
**IVRE EPISCOPALI
 PRINCIPVM EVAN-
 GELICORVM**

EXAMINATVR

ET

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
 SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,
 PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE
 BRANDENB. &c. &c.

IN ACADEMIA FRIDERICIANA

PRAESIDE,

DN. IVSTO HENNING. BOEHMERO,

D. PROF. IVR. ORDINARIO,
 PATRONO AC PRAECEPTORE SVO COLENDO,
 AD D. SEPTEMB. MDCCXII.

IN AVDITORIO MAIORI,
 PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTITVR,

A

IOANNE CHRISTIANO DE BECQVER,
 EQV. LVNEB.

HALAE MAGDEBURGICAE,
 LITTERIS IO. CHRISTIAN. GRVNERTI, ACADEM. TYPOGR.
Recusa MDCCXXXVI.

(9)

URBANUS STACCIOLIUS
CAY DOCTINUM
IURE HINCOPATI
PRINCIPALIA
GENOVA
RECOGNITIO
DNI FRIDERICI DE HINCO
PRINCIPIS LIGURIENSIS
IN AIA
DE BREGGIO
BAPTISTI



EXAMINIS DOCTRINAE VULGATAE,
DE
**IVRE EPISCOPALI PRINCI-
PVM EVANGELICORVM.**

CAP. I.
**DEFATIS DOCTRINAE VUL-
GATAE DE IVRE EPISCOPALI
PRINCIPVM EVANGE-
LICORVM.**

§. I.



Vulgata est plerorumque protestantium ICtorum sententia, & communis fere doctrina, principes esse episcopos in suis territoriis, ad eis solitariae exerceri, non tamen eodem modo sustinere enim principem euangeli- cum duplē personam, Principis & Episcopi, ita ut qua Princeps secularibus, qua Episcopus, ecclesiasticis præsit, ea dirigat,

A 2

Communis doctrina de iure episcopali principum Euangelicorum refertur.

4 CAP. I. DE FATIS DOTRINAЕ VVLGATAE

de iis disponat, eodemque iure vtatur, quo Episcopi Catholici. Inde in Consistoriis protestantium quoque doctrinam de variis iuris episcopalis speciebus necessariam, adeoque sedulo separanda esse censem iura ordinis, diacesana, iuris dictio-
nis ecclesiastice, & dignitatis, & tandem inde concludunt, doctrinam iuris canonici de iure episcopali egregium praefla-
re vsum in iure etiam publico, quando de euangelicorum
principum iure circa sacra disquiritur. Ita censuere & ad-
huc hodie censem Theologi pariter ac ICti, ex quibus pro-
ceres tantum referre placet. Scilicet huius sententiae affectae
sunt CARPZOV. lib. I. Iurispr. consit. def. 2. seqq. IOH. GERHARD.
in loc. de Magistr. polit. §. 174. seqq. LAURENT. OHM. de iur. Epi-
scop. concl. 20. tit. 6. LINCK. de iur. Episcop. c. IV. n. 103. MYLER de
stat. Imper. c. 82. n. 5. & in Gamol. c. 8. §. 6. KITZEL de matrim.
c. 10. th. 8. lit. d. ZIEGLER. de iur. Maiest. lib. I. c. 17. §. 3. FINCKEL-
THAVS de iure patron. c. 2. n. 10. seqq. STRUV. progymn. in tit. C.
de Epist. aud. l. 13. qu. 1. & 2. REINKING de regim. secul. & eccles.
lib. 3. class. 1. c. 10. n. 1. seqq. GIBERT. VOET. P. I. polit. eccles. lib. I.
tr. 2. c. 5. qu. 5. MATT. STEPHANI de iuris d. P. I. c. 7. n. 472. &
lib. III. P. I. c. 1. n. 36. BE SOLD. p. V. consil. 233. n. 24. IO. GOEDDAE-
VS Vol. IV. conf. Marpurg. conf. 50. n. 46. ANDREAS KNICHEN de
sublium. terrii. iur. c. 3. n. 233. seqq. BRUNNEMANN. confil. 142. n.
32. seqq. SCHRADER confil. 3. n. 381. MEV. p. III. decis. 15. n. 8. & decis.
134. n. 34. 35. &c.

Ex falsis prin- §. II. Ut vero euidentius mentem assertores iuris epi-
cipiis dedu- scopalis declarant suam, supponunt, (I) iura principum circa
cta (I) quod sacra episcopis seu clericis propria esse, adeoque ad *principes*,
iura sacra quatales, haud pertinere posse, nec cohærere superioritati ter-
clericis pro- ritoriali vel supremæ potestati: Aliam quippe esse potestatem
pria sunt. spirituali, aliam secularem, & gladium auxilium in republ.
Christiana reperiri; imo quamvis utraque potestas in uno sub-
iecto concurrere possit, non tamen eodem modo eidem com-
petere, vti philosophatur CARPZOV. lib. I. Iurispr. Consit. def.
2. n. 11. seqq. vnde & def. IV. n. 1. ius episcopale definit, quod
sit potestas Episcopo legitime & canonice electo, postulato, confr-
mato, consecrato, atque ordinato competens. (II) Porro docent,
prin-

principi quidem competere utramque potestatem tum secularem tum episcopalem, sed diuerso modo: Nam, ait CARPOV.
 lib. i. iurispr. consit. def. XI. n. 24. secularem & politicam potestatem magistratus teneat iure hereditario, vt princeps politicus: at potestatem ecclesiasticam ex transactione Passauensi, usque dum amicabiliter negotiorum religionis universaliter fuerit compositum, VT PONIFEX ET EPISCOPVS exercet. Nequaquam ergo diuersae haec iuris fictiones misceri, sed diuersis in iudicis traduci debent quia diuersa sunt; crucifixus & summa potestas: miles & sacerdos: Imperator & pastor: regnum & patibulum: corporalia & spiritualia: Arma & sacra: Bellum atque pax; Cæsar & nuncius: Princeps & minister: Dominus & scrinus. Mirum sane est, crassissimam hanc philosophiam, ab aula papali Romana vnicce deriuatam adeo omnium occupasse mentes, ut iuris huius episcopalis fundamenta ybique allegent in asserendis principum euangelicorum iuribus, quo ipso tamen summiati principum admodum officiunt. Crassius adhuc philosophatur STEPHANI de iuris. lib. II. p. I. c. 7. n. 472. aiens: & quidem in primis iura episcopalia ex quasi fiduciario contractu siue deposito sibi concredito & commissa & una cum iurisdictione siue iure episcopali territoriorum ipsam. Et paucis interiectis: Atque hoc est, quod dicitur, principes seculares sustinere duplē personā, secularem & ECCLESIASTICAM h. e. principis & EPISCOPI: Hanc ratione EPISCOPATVS; illam ratione territorii. Non tamen & que principaliter utramque personam sustinent. Principaliter enim ratione territorialium sunt seculares. Quod autem simul ECCLESIASTICAM personam sustinent, id sit minus principaliter, cum iurisdictionem ecclesiasticam exerceant, NOM IVRE PROPRIO, vii secularem, sed concessione imperatoris, vigore decreti Passauensis. Addit lib. III. p. I. n. 36. non perpetuo sed tantum ad instar depositi & ad interim h. e. quoad usque uniuersale aliquod concilium siue amicabilis de religionis negotio inter imperatorem & pontificem fiat compositio. Imo paucis interiectis addit, principes ratione iurium episcopalium esse depositarios siue nudos usufructuarios. Simili ratione ratiocinatur MYLER AB EHRENBACH de Gamol. c. VIII. §. 6.

A 3

asse-

(2) Quod principes iurisdictionem ecclesiasticam diuerso modo exerceant.

(3) Quod non proprio iure illam habent sed fiduciario.

6 CAP. I. DE FATIS DOCTRINAE VULGATAE

asserens, quod iura episcopalia principes nostri habeant ex deposito eorumque iurium fiduciarii possessores effecti sunt. Quamvis vero haec philosophia fatis crassi sit, nihilominus tamen applaudum apud recentiores inuenit, a quibus repeti, & STEPHANI auctoritas subinde in subsidium vocari solet. vid. BE-SOLD. P. V. cons. 233. n. 24. BRVNNEM. cons. 142. n. 33. seqq. ME-VIVS p. 3. decis. 415. n. II. HAYEMANNVS de iur. episcop. iii. 4.

(4) Quod iura sacra ex doctrina iuris canonici repetenda esse censemant. Ceterum qui quodammodo seniori philosophia vtuntur, & utramque potestatem, secularem & ecclesiasticam a potestate territoriali repetunt, adhuc tamen distinguunt utramque potestatem, & ecclesiasticam secundum principia iuris canonici estimandam esse censemant, ut ex doctrina REINKINGI cit. l. apparet, cui etiam MEVIVS cit. ll. adstipulatur.

§. III. Specialius de hoc themate egit TEXTOR diff. de iure episcop. in terris statuum protestantium anno 1671, cuius synopsin breuiter dabo, ut inde appareat, qua ratione auctor doctrinam communem defendendam suscepit. Thesi prima duo spectanda esse censemant: (1) ius episcopale in se ex principiis iuris canonici deductum; (2) ius episcopale in sensu restriicto quatenus ex constitutionibus imperii nostri, pace religiosa, instrumento pacis, & immemorialis temporis obseruancia principibus ac statibus protestantibus in suis prouinciis & diocesibus competit. Quoad primum quedam de origine huius iuris episcopaloris praemittit, censemque ius episcopale illud, de quo agit, partim principum concessionibus, partim gentium popullorumque, qui Christo nomen dederunt, tolerantia atque consuetudine coepisse, principes tamen iura quedam sacra adhuc exercuisse, sensim tamen & pedetentim attrita. Hisce praemissis §. XII. seqq. de finitione CARPOVI. §. anteced. adducta, hanc substituit, quod si parvulas canonica curandi religionem & saera resque ad ecclesias vel pia loca pertinentes tum iurisdictionis ecclesiastice exercendae cum prerogatiis quibusdam aique beneficiis Episcopo intra diocesin competens. Hanc definitionem in seqq. declarat, & speciatim iura episcopalia ex principiis iuris canonici recenset & explicat usque ad §. L. Inde transgreditur ad alteram partem, videlicet id iura

DE IURE EPISCOPALI PRINCIPVM EVANG. 7

iura episcopalia, quatenus in terris protestantium considerari possunt, asseritque §. 51. quod quamvis de iure probabile videatur principes nostros atque status in suis territoriis potuisse sibi asserere potestatem in sacris iure principaliter vel superioritatis, etiam ante pacem religiosam, tomen fundamenta absque dubio sunt clariora. pro afferendis principum statuumque protestantium iuribus sacris, que vel ex pace religiosa vel subsecuta immemorialis temporis obseruantiia vel etiam ex instrum. pacis perfuntur. Ut vero appareat, autorem illa quoque communis doctrina deceptum fuisse, quod Principes Evangelici non proprio iure iura episcopalia exercerent, sed magis ex concessione interimistica, paullo penitus eius conclusiones perlustrante sunt: Ait §. 58. seg. posse quidem status dominos quodammodo dici iurium circa sacra, ita tamen, ut dominium eorum, si casus compositionis ecclesiastice contingere, resolueretur. Magis itaque fiduciario quam proprio iure circa sacra disponunt: nam si proprio iure circa sacra disponerent, resolutio haec existere haud posset, cum illud proprio iure principes agere dicantur, quod ex *suprema potestate* per se fluit, que cum resoluti non possit, iura quoque haec nunquam ad Episcopos redire queant. Inde quoque in §. 65. in f. mentem suam clarius exponit, asserendo, instrumentum pacis indistincte quoad omnes actus statuum imperii im mediatorum iura episcopalia confirmare, adeo ut quicquid iuris fuit ante reformatam religionem episcopis, hoc nunc habeat circa curam sacerorum & religionis quilibet dominus territorialis intra suum territorium. Eadem principia inculcat in tr. de iur. publ. stat. imper. tit. III. n. 63. vbi primum iuris episcopalnis caput ponit in iuribus ordinis, & subiungit, *principes & status*, qui iura episcopalia habent non ipsos defungi hoc munere, sed ab his constitutos superintendentes sacerdotes ac pastores, quo ipso necessario supponit, habere quidem Principes etiam iura ordinis, *in actu primo*, sed non *in actu secundo seu exercitio*, quod vicariis suis committunt, quo ipso necessario principes, quatenus, iura episcopalia habent, in classem clericorum reiiciuntur. Denique n. 85. docet, *non penes consistoria principum & statuum imperii sed penes ipsos iura episcopalia proprie esse.* &c. §. IV.

8 CAP. I. DE FATIS DOCTRINAE VULGATAE

Tota tamen haec doctrina irre episcopali principum evangelicorum paulo penitus animo non cohereret. periuolerem, insignes scopuli mox fese mihi obtulerunt, quos superari haud posse credidi, quamdiu sententiae receptae insisterem. Animaduerteram enim, reuera eo ipso minui potestatem principum nostrorum in sacris, & quamdiu haec sub nomine iuris episcopalis adhuc defenditur, reuera tacite concedi, potestatem hanc principi qua soli haud competere, sed clericis propriam esse, ut proinde fingere necessum sit, principes nostros esse episcopos vel papas in suis territoriis. Inde vltierius conclusiones plures falsas in praxin protestantium promanasse, imo & pontificis ansam dari obseruauit, iura nostrorum principum circa sacra cauillationibus infirmandi, & nostrates proprio gladio iugulandi. Ut itaque genuina facies horum iurium eminentiorum euoluatur, necesse est (I) fatu eorum referre, (II) communem doctrinam examinare & emendare, & (III) conclusiones ex doctrina communi deducetas subiicere & in melius mutare.

Quod per tria membra ostendendum.

Eruitur verus conceptus iuris episcopalis.

§. IV. Enim vero cum hanc doctrinam vulgatam de irre episcopali principum evangelicorum paulo penitus animo non cohereret. periuolerem, insignes scopuli mox fese mihi obtulerunt, quos superari haud posse credidi, quamdiu sententiae receptae insisterem. Animaduerteram enim, reuera eo ipso minui potestatem principum nostrorum in sacris, & quamdiu haec sub nomine iuris episcopalis adhuc defenditur, reuera tacite concedi, potestatem hanc principi qua soli haud competere, sed clericis propriam esse, ut proinde fingere necessum sit, principes nostros esse episcopos vel papas in suis territoriis. Inde vltierius conclusiones plures falsas in praxin protestantium promanasse, imo & pontificis ansam dari obseruauit, iura nostrorum principum circa sacra cauillationibus infirmandi, & nostrates proprio gladio iugulandi. Ut itaque genuina facies horum iurium eminentiorum euoluatur, necesse est (I) fatu eorum referre, (II) communem doctrinam examinare & emendare, & (III) conclusiones ex doctrina communi deducetas subiicere & in melius mutare.

§. V. Ut autem, de quo disputetur, constet, iuris episcopalis praemittenda definitio. Duas iam ex CARPOVIO & TEXTORE retulimus, quas quider illustrat LINCKIVS de iur. Episc. c. II. §. 10. seqq. sed ut dubia non tollat. Definiendum autem est iuris episcopale secundum conceptum iuris canonici, cum illud ipsum ad principes nostros translatum esse censemant. Cum vero hoc ipsum imperii circa sacra primaria parrem & præterea officia pastoralia contineat, inde vix aliter ex mente canonum definiri potest, quam quod sit potestas eminentior docendi & administrandi sacramenta, & simul imperium, a potestate seculari haud dependens, per ecclesiam, ianquam rem publ. quandam, exercendi in causis religionem, negotiationia ecclesiastica & personas ecclesiasticas concernentibus, quatenus a pontifice haud limitatum & restrictum est. Definitionem hanc adequatam esse ad mentem canonistarum patet inde, (I) quia episcopo adscribunt iura ordinis, quæ potissimum versantur circa munus docendi & administrationem sacramentorum quæ inde dependent; est vero haec potestas in

epi-

episcopis eminentior, ut a simplicis sacerdotis potestate distinguitur: (2) quia etiam episcopo suo adscribunt imperium in sacra, quod distinguunt in iurisdictionem ecclesiasticam, legem diocesanam & dignitatem, & has tres classes fere omnia iura circa sacra referunt, prout B. LINCKIVS de iure Episcop. c.X. seqq. ostendit: (3) quia tale imperium in ecclesiastica & sacra principibus competere negant, adeoque simul afferunt, potestatem hanc independentem esse ab imperio civili & potestate seculari. Interim concedunt, posse vtramque potestatem in uno subiecto concurrere, ceu exempla praelatorum per Germaniam docent, vt tamen vtraque potestas maneat distincta, imo secularis subordinata sit episcopal. c.3. D. 63. c. 5. 7. 12. D. 69. c. 41. C. 11. q. 1. c. 10. D. 96. Inde de concordia sacerdotii & imperii tot eruditorum meditationes. (4) Quia ecclesiam tanquam separatam quandam rem publ. cui etiam sub*s*t princeps, concipiunt, eidemque episcopale imperium praesse volunt. (5) Denique quia episcopalis potestas inter pontificios adhuc dependens est intuitu prae*s*ulis Romani, cui tum quedam reservata in sacris tribuunt, tum iura episcopalia subordinant. Iuribus episcopalibus opponunt POTESTATEM SECVLAREM, quam confistere volunt in imperio supremo negotia reipubl. secularia administrandi, dirigendi, & de iis disponendi, & quia illa subordinata est potestati episcopal & ecclesiastice, inde volunt, eidem connexam esse (1) obligationem defendendi ecclesiam, (2) exequendi imperium episcopale, denique (3) episcopis ad implorationem ad*s*tendi, eamque obligationem vocare solent pontifici*i*us circa sacra.

§. VI. Ita euidens est, ius episcopale duabus absolui partibus: (I) potestate pastorali, quae ab antiquo iis tantum propria fuit: (II) imperio sacro, quod & olim de iure naturae reipubl. proprium sed ei iniuste ab episcopis & pontifice subtrahitum est. Vtrumque ex vicissitudine temporum paucis demonstrandum est, vt de vera & genuina qualitate horum iurium inde constet. Plerique imperium episcopale ab ipso Christo repetunt, a quo tamen omnino alienus fuisse videtur. Ipse ex doctrina ipsius Christi. tantum Doctoris munus substi*n*uit, & ad docendum se missum esse testatur Luc. IV. 18. & quamuis summa apud populum pol-

Imperium sacrum olim episcopi nullum habuere

10 CAP. I. DE FATIS DOCTRINAE VVLGATAE

polleret auctoritate Marti. XI. 18. vt facile speciem reipubl. ecclesiastice efformare potuisset, nequidem tamen coetum peculiarem externum, eumque constantem elegit, sed ubique in scholis, templo, domibus, agris imo nonibus docuit. Apostolus eligebat non tanquam *duces*, imperio sacro præditos, sed missos ad annunciatum Euangelium Luc. X. 2. seqq. Marc. VI. 12. seqq. quæ missio nullum imperium sacrum postulabat. Evidenter Apostoli, errore quodam, spem de nouo regno a Messia erigendo conceperant, & ita affectabant quoddam imperium, quem errorem tamen Christus mox adeo suppressit, vt intelligerent, Christi regnum non esse de hoc mundo Luc. IX. 46. Matth. XXIX. 1. 3. XX. 21. Marc. XI. 34. nec eum venisse, vt ei seruiret, sed ut ipse seruiret. Matth. XX. 26. seqq. Luc. XII. 27. Hoc intuitu nomina, imperium quoddam inuoluentia, reprobauit Matth. XXIII. 8. seqq. & exemplo elegantissimo pedum lauationem ostendit, eos magis esse electos, vt ministrarent, quam imperarent, Iob. XIII. seqq. cum lauatio pedum ministriis & famulis incumberet Lui. XXII. 26 27. i. Sam. XXV. 41. Hoc ipsum Apostoli etiam postea aperte confessi sunt, asserentes, se non esse dominos, sed ministros ecclesie i. Cor. III. 5. 2. Cor. IV. 5. 1. Petr. V. 3.

Nec hue pertinet iura clavium.

Quod erro
nē Fechtius
existimauit.

§. VII. Noui quidem communiter asseri, *jurisdictionem ecclesiasticam*, Apostolis, & per hos ecclesiae datam esse, constituto *iure clavium*, imo inde communiter *iuris episcopalis* initia & fundamenta petere soleant. Neque hic tantum de pontificiis, sed etiam de nostrantibus loquor, quorum nonnulli in eandem inciderunt scyllam, adeoque eo fortius communem sententiam *de iure episcopali in principes translato* defenderunt & adstruxerunt. Inter hos nouissime nominandus IOHANNES FECHTIUS Theologus Rostochiensis celebrissimus, qui in tr. *de excommunicat.* nuper admodum edito p. 23. refert, quod episcopi ob negligentiam ecclesiarum iura quæuis ad se traxerint; vnde tandem natum sit *totum ius episcopale*. His præmissis p. 24. pergit: *Nec tamen recuperare ecclesia, quod diuino ipsi iure debebatur, obstante impotensissimo Romani Veio-uis dominatu, nisi superiore aetate, potuit, quando Lutheri nefri* *iniquo bligez zivitatu emundup* & *il au 1710 opera leg*

DE IVRE EPISCOPALI PRINCIPVM EVANG. II

opera factum est, ut HAEC IVRISDICTIO, ceu loquitur Theander in articulis Smalcaldicis, redderetur piis pastoribus, & LEGITIME ATQUE INTERCEDENTE ORDINE IUDICIALI EXERCERETVR, ad morum emendationem & gloriam DEI; & postea quoque in transactione Passauensi, Paceque Augustana & Osnabrugensi ea in ecclesiasticis iurisdictio, quam antea sibi Episcopi pontificii, ipseque papa Romanus, arrogauerant, principibus & statibus protestantium transcriberetur. Virumque illud, & quod principibus ius episcopale, quod pastoribus redditum sit iurisdictio ecclesiastica, non exclusum exaudiendum est, quasi ius circa sacra solis principibus, exclusum a iuri participacione statu ecclesiastico & economico: & iurisdictio ecclesiastica, cuius actus summus est excommunicatione maior, solis pastoribus, exclusis magistratu & plebe transcriberetur, sed ut in scholis loqui solemus CVMVLATIVE, quod haec iura, quibus antea spoliati fuerant pontificis dominatione Principes & Pastores, non possunt reformationem & vi transactionis Passauensi illis usque fuerint restituta, ut intra ordinem a Christo & Apostolis constitutum reliquias nempe statibus concurrentibus, iisdem libere vni possum fruique. Aperte iurisdictionis ecclesiasticae fundamentum in excommunicatione constituit, papali ex philosophia, secundum quam etiam iura principum circa sacra impugnat, temerario quamvis conatu, & clerum in societatem regiminis publici vocat. Plura falsa supponit per totum tractatum, vnde tot falsae conclusiones ortae. Nam (I) ex iure clavium vel doctrina Christi excommunicationem non dependere, pluribus argumentis adstruxit DN. PRAESES in dissert. iur. eccl. antiqui ad Plinium II. diff. III. vbi illam confederata adscribit discipline & dubia ex N. T. adferri solita resoluit. (II) Etsi vel maxime a Christi instituto dependeret, inde tamen minime iurisdictio ecclesiastica pastoribus adscribi potest, quae pars est imperii ciuilis, quod ab ecclesia alienum esse debet, & cum officium pastorum pugnat, quorum est docere, non imperare; (III) Adeoque nec haec proprie ecclesia competit, nec iniuste ei ab episcopis erupta neque restituta dici potest, Reliqua minus cohaerentia dogmata alibi excutienda erunt.

B 2. 20137 ab. 8. 8. VIII.
20137 ab. 8. 8. VIII.

12 CAP. I. DE FATIS DOCTRINAE VULGATAE

Ipsi Apostoli
ab omni im-
perio alieni
fuere.

Et horum
exemplo epi-
scopi.

Quamvis di-
rectio quæ-
dam iis com-
missa esset.

S. VIII. Ita Magistro optime instructi Apostoli docto-
ris munus strenue obibant, nullam iurisdicitionem ecclesiastici-
cam vel ius episcopale affectantes. Ecclesias consilio, non im-
perio, dirigebant, imo cum scirent, ecclesias non esse respublicas, sed societas aequales, iis suam relinquebant libertatem, ut illa, quæ postea ad iurisdicitionem ecclesiasticam & ius episcopale relata sunt, vnicے voluntate ecclesiæ seu totius cœtus Christianorum determinarentur, & consensu plebis instituerentur, obseruante etiam CHRYSOSTOMO homil. II. in acta. Matthias eligebat ex totius cœtus approbatione Act. I. in f. Presbyteri non ecclesiis obtrudebantur, sed consensu ecclesiae instituebantur Act. VI. 1. seqq. CYPRIANVS epist. 67. p. 172. Indigni qui post reperiebantur, iudicio vniuersi cœtus deponebantur, & ipsi presbyteri conclusis ecclesiæ morem gerere debebant, vti vtrumque ex eleganti CLEMENTIS epist. ad Corinlh. appareret. Non excludetur cœtus, vbi de necessitate circumcisio[n]is disputabatur. Act. XV. 1. seqq. Proprios suos Apostolos vel nuncios habebat, quibus negotia expedienda committebat. 2. Cor. VII. 13. 15. Phil. II. 25. & quæ agenda erant cum aliis ecclesiis. Episcopi haud tuo nomine, sed ecclesiæ agebant; nudumque tantum ministerium in iis ecclesiæ præbebant. Sic CLEMENS in epist. ad Corinth. non suum, sed ecclesiæ Romanae nomen premitit: Dei ecclesiæ, quæ Rome diuersatur, ecclesiæ Dei, quæ Corinhi habitat. Ulterius us episcopi & presbyteri, qui ab initio haud distinguebantur, ad docendum & dirigenda negotia ecclesiæ, non ad imperandum elicti erant, quod erat rō pascere ecclesiam h. e. docere, inspectionem in vitam & mores Christianorum habere & negotia nomine totius ecclesiæ peragenda dirigere Act. XX. 28. 1. Petr. V. 2. imo ex his quidam docebant simul, quidam tantum directorum munus subibant, de quo plenius egit Dñs PRÆS. in dissert. iur. eccles. antiqu. diff. VI. Neque vero ex hac directione & inspectione iurisdicatio quædam, aut ius episcopale deducendum, cum vtrumque imperium inuoluat; quod, a societatibus æquilibus alienum est. Habent quævis collegia suos præpositos & directores, quorum consiliis, & auctoritate vtuntur in rebus communiter peragendis, vt tamen h[oc] nihil pro imperio agere pos- fin.

sint, sed *directio* hæc magis *ministerium*, quam *iurisdictio* fit. Aiant communiter, Paulum i. Cor. V. loqui de *excommunicatione*, quod admitti potest, & tamen totus contextus ostendit, Paulum hanc ecclesiæ mandare, non presbyteris, imo ne horum quidem mentionem facit; quin & *absolutionem* post modum eidem *suadet*, 2. Cor. II. non *mandat*, non ipse *absoluit*. Nullo præterea argumento idoneo ostendi potest, in hoc actu ecclesiam Corinthiacam exercuisse quandam *iurisdictionem ecclesiasticam*, cum etiam inter Iudeos *excommunicatio* a singulis fieri posset, & tamen singuli in singulos haud exercent *iurisdictionem*, quæ sine *imperio* esse nequit. Ita ergo munus *episcoporum* & *presbyterorum* ad tria redigebatur: (I) ad docendum, (II) inspiciendum, (III) dirigendum. Neutrino in uoluebat *iudicari* potest autem, aut *ius independentis circa sacra*. Nam (I) qui docet, non imperat, sed dogmata exponit, & suadendo inculcat. (II) Qui *inspectionem* habet in collegio æquali, itidem *amicæ reprobatione* errantes in viam reducere, dormientes excitare, suspectos adhortari, sine ullo *imperii* concursu debet. Talis *inspectio* non in uoluit *ius puniendi*, sententiam ferendi, aut imperium exercendi. Denique *directio* (III) in societatibus æqualibus tantum *prærogatiuam sufficiagii* continet in rebus communi consensu peragendis, *præfecturam* quandam *sine imperio in singulos* habet, & ex commissione totius coetus dependet & exerceri debet. Optime hoc explicat ISIDORVS PELVSIOTA l. b. III. epist. 216. docens munus horum *præpositorum* fuisse *ministerium Christi* rationibus obnoxiam. Ipse CHRYSOSTOMVS in acta homill. II. de Petro reliquisque Apostolis ita notanter loquitur: De communis sententia omnia facit -- nihil priuata auctoritate, nihil pro imperio multitudini iudicium permittit - non ipse eos fitit, sed omnes: sententiam vera indixit ipse, eam non suam ipsiusmet esse monstrans sed ex alio secundum prophetiam, de ea ut enarrator fuerit non docter -- in communi omnes erant -- non priuata sententia agunt,

14 CAP. I. DE FATIS DOCTRINAE VVLGATAE

ogunt, sed prius excusatione apud multiitudinem vniuntur sic etiam fieri nunc oportebat - iudicium permittant, illosque qui omnibus placebant, ac testimonium ab omnibus reportabant, promouent - benigne nec cum auctoritate differunt - vide quanta cum demissione verbafacient, non ut Episcopus pro auctoritate loqui solet, sed sententie e socium ipsum assumauit.

Postea paulatim auctoritas episcorum creuit.

¶ IX. Post Apostolorum excessum quidem differentia inualuit inter episcopos & presbyteros, illisque ex primae sedis auctoritate quædam prærogativa praæ presbyteris acreuit, nullam tamen sibi vindicarunt iurisdictionem aut ius circa sacra, sed tanquam præposui, sine imperio, omnia disposuere, ecclesiæ adhibitio confessu, a qua præpositorum suum acceperant. Ipse TERTULLIANVS de Idoli c. XVIII. p. 97. ex doctrina Salvatoris hoc ipsum demonstrat, inquiens: *Si POTESTATIS IVS quoque nullam in suis quidem exercuit, quibus sordido ministerio funditus est: si regem denique fieri, conscius regni sui, refugit, plenissime dedit formam suis, dirigendi absque omnifastigio & suggestu tam DIGNITATIS quam POTESTATIS.* Alienum ergo maioribus illius seculi adhuc erat ius tam DIGNITATIS quam POTESTATIS, cum tamen virumque postea primo ad ius episcopale relatum fuerit. Tempore CYPRIANI iam maior episcopis tribuebatur potestas, prout ex scriptis eius constat. Nam epist. 68. scribit, quod gubernandæ ecclesiæ liberam teneam, & epist. 33. quod ecclesia super episcopos constituta sit. Idem epist. 50. ius episcopale vocat ecclesiæ gubernandæ sublimem & diuinam potestatem, quam epist. 72. in f. in eo collocandam esse censet, quod in ecclesiæ administratione voluntatis sue LIBERVM ARBITRIVM unusquisque præpositus habeat, soli Deo actus sui rationem redditius, qua definitione sane nimium quantum, imo independentem fere potestatem episcopis tribuit in sacris. Neque enim aliter philosophari potuit postquam ius sacerdotii antiqui cum omni potestate eis adscribit epist. III. IV. & LIX. & ad iura clavium, præeunte TERTULLIANO, prouocauit in Epist. 33. p. m. 66. nouo plane more, obseruante SELDENO de Synedr. l. I. c. 9. Evidem plebi in pluribus libertatem antiquam reliquit, vt DN.

Salua plebis
libertate.

PRAE-

PRAESES *diff. III. ad Plin. II. §. 41. seqq.* ostendit, similitamen episcoporum potestatem insigniter promovit, ut postea, pace ecclesiæ redditæ, facilius omnem in sacris potestatem suo modo sibi vindicare possent. Erant præterea iam eo tempore quædam *ecclesiastica iudicia* in vsu, quæ vel in singulis ecclesiis, præsente omni plebe, vel in *synodus provincialibus* exercebantur, ut tamen *conventionalia* essent ex mutua *confederatione* magis, quam ex quodam *imperio* dependentia. Illicis præerant episcopi, testibus *TERTULLIANO* *apolog. c. 39.* & *CYPRIANO epist. 52.* plebe tamen cognoscente & simul iudicante, vid. *IDEM. epist. 17.* Hæc ab episcopis ut plurimum peragebantur, vnde iis in iudicando ingens accessit auctoritas, quidam etiam *iurisdictionem* quandam, cum *imperio*, insolito plane more, sibi attribuerunt, quod vel *PAVLI SAMOSATENI* mores docent, descripti ab *EVSEBIO lib. VII. H. E. c. 30.*

§. X. Pace per *CONSTANTINVM* ecclesiæ reddita, potestas episcoporum incrementa insignia coepit, adeo ut quidem fere omnia pro *imperio* agere inciperent. *CYRILLVS* maiorem cum potestate, quam antecessores, ad episcopatum Alexandrinum accessit. *Ex eo enim tempore episcopi Alexandrini sacerdotalem gradum aique ordinem supergressi principes* quendam obtinere & cuncta pro *imperio* agere cooperunt, vt ait *SOCRATES lib. VII. c. 7. & c. 11.* Episcopatum Romanum hac in re cum Alexandrio comparat, aitque, eum iam olim in dominationem degenerasse. Cæteri episcopi minorum gentium tantam potestatem exercere non poterant, quod illis auctoritas, non animus, decesset, qua tamen paulatim accedente, *ius episcopale* tandem exstratum est. Interim quantacunque esset episcoporum potestas, Subordinata plane *independens* non fuit, sed subordinata in plerisque Cæsarum iudicio. Mutata iam scena erat. Olim, tribus prioribus rum potestati seculis ecclesiæ oppressæ, a republ. neglectæ, rejectæ, & ad eo conculcate erant, vt antelucanis in coetibus Christiani sacra peragere cogerentur, publico religionis exercitio destituti. Erant eo tempore ecclesiæ collegia priuata imo etiam publice reprobata; adeoque quæcumque in iis agebantur, pri-

Sub imperatoribus Christianis episcoporum potestas magnopere creuit.

16 CAP. I. DE FATIS DOCTRINAE VULGATAE

nato coëntium arbitrio; interueniente, ut in societatibus æqualibus fieri solet, pacto, vel *confæderatione* fiebant. Ita iudicia exercebantur. Ita electiones fiebant, instituta nova introducebantur, electiones reprobatorum decernebantur, absolutiones electorum instituebantur, episcopo vbiique actum dirigente. Atque hæc quidem vmbram *iurisditiones ecclesiastice*, non rem ipsam habuere. Quomodo enim collegia priuata, æqualia, publice reprobata veram iurisdictionem exercere potuissent, quæ imperium præsupponit, statum *societas inegalis* requirit, & in republica sine imperantis summi voluntate nemini sine crimine læsa Maiestatis competere potest? Ast postquam Constantinus Christianam fidem publice professus est, ecclesiæ factæ sunt collegia publica approbata, & ita, vt in alia *collegia publica*, ita quoque in eam Imperatores *inpectionem* sibi vindicarunt, præcauentes, ne respublica ex iis detrimentum caperet. Testis est *Socrates in proem. lib. V.* afferens, quod ex illo tempore, quo Christiani esse cœperunt Imperatores, ecclesiæ negotia ex illorum nnu peperderint. Quamuis enim cuius collegio probato permisum sit, de negotiis sui collegii disponere, statuta condere, & notiōnem quandam de causis controversiis instituere, vbique tamen imperanti salua est *imperio suprema*, vicius libertatem collegiorum restingere potest, imo si animaduerterit, eius exercitum tendere in perniciem reipubl. plane eandem tollere, sibi omnem disponendi in rebus collegii potestatem tribuere potest, idque ex *suprema potestate*, qua reipubl. præsider, eiusque tranquillitate, stabilire debet. Sunt vtique ecclesiæ cœtus ex suo fine laudabiles, & optimi, imo a Deo approbati: Ast, vbi a vero recedunt scopo, in respublicæ totius detrimentum eo magis vergunt, quo latius seu extendunt per totam respublicam, imo eam in vniuersum quandoque occupant. Vbi in ecclesiæ factiones emergunt, si in ea dominatus existunt, si supersticio crescit, controversie mouentur, iudicia exercecentur, & denique vbi in formam reipubl. cœtus hi mutantur, quanta mala inde in respubl. deriuentur, dici vix potest. Adsum *testimonia rerum & seculis variis*, vt verbis non

Quod iuri
nature con-
ueniens erat.

non adeo opus sit. Ni Cæsares per conuientiam episcopis
nimium indufissent, & *inspectionem* necessariam omifissent;
Hierarchia illa monftroſa non fuift exstructa, quæ tamen re-
bus publ. ſplendorem, integritatem & libertatem eripuit. In-
cumbit ergo eo magis imperantibus, vt aliorum exemplis &
desidia temiti curam rerum ecclesiasticarum non deponant;
ſed ex *suprema inspectione* videant, ne quid in ecclesiis de-
trimenti reipubl. geratur.

§. XI. Vbi Constantinus fidem Christianam ſuscipiebat, Constantinus
turbæ internæ, factiones, & machinationes plures eccleſias
deprauauerant, adeoque in tanta Christianorum copia pre-
uidere facile poterat reipubl. iacturam imminere, niſi matu-
re hinc malis obuiam iretur. Interim epifcoporum auctorita-
tem inter ſuos agnoscet, ambitionem & imperandi pruri-
tum pro oculis habebat, & ſe eos facile irritare poſſe iudica-
bat, li ſuo iure ageret, & ex iure ſummo circa ſacra omnia di-
poñeret. Ut igitur epifcoporum animos eo magis ſibi deuinci-
ret, ſe quoque epifcopum eſſe dixit, eo prætextu, quaſi omnis ſcopum di-
poſitio in ſacris iuriis epifcopalis foret. Cum enim aliquan-
do epifcopos conuiuo exciperet, ſe quoque epifcopum eſſe
dixit, aiens: *Vōs quidem in iis, quæ intra ecclesiā ſunt, epi-
ſcopi eſſis.* Ego vero in iis, quæ extra geruntur, epifcopus a DEO
ſum constitutus. Itaque, pergit EVSEBIUS lib. IV. de vit. Constant.
c. 24. conſilia capiens dictis congruentia, omnes ſuo imperio ſub-
iectos epifcopali ſollicitudine gubernabat, id quod ſi de *inſpeccio-*
ne ſuprema, quæ iure imperii cuius imperanti competit, in-
telligentum foret, res ſalua eſſet, quamuis Constantinus pro-
pterea in classem epifcoporum, qui tunc tantum clerici erant,
non debuiffet ſe collocare. Sed ea tunc erat rerum facies. vt
Constantinus iure epifcopali, quam regio agere mallet, post-
quam iam epifcoli maximam in ſacris diſponendi partem
ſuam fecerant. Collimat hoc EVSEBIUS lib. I. de vit. Constant.
c. 44. agens: *Verum ecclesiæ curam gerens, cum per diuersas
provincias quidam inter ſe diſſentirent, ipſe velut COMMVNIS
OMNIVM EPIFCOPVS a DEO conſtitutus miniftrorum DEI
conclia congregauit.* *Neb dedignatus ad eſſe & confidere in me-*
dio

negotiorum
ecclesiastico-
rum curam
habuit.

Seque epi-
ſcopum di-
xit.

18 CAP. I. DE FATIS DOCTRINAE VULGATAE

dio illorum conuentū, cognitionis parviceps fuit; ea quae ad pacem DEI pertinent, cunctis procurans porro sedebat in medio tanquam VNVS E MVLTIS &c.

Interim nimirum episcopis indulgit.

§. XII. Hæc communis persuasio, dispositionem in negotiis ecclesiæ ad episcopos pertinere, fecit, vt non tantum Constantinus, sed & reliqui Imperatores multa ex usu episcoporum prædominantium agerent, & vix supremam negotiationem directionem & confirmationem sibi referuare possent. Vigilantes erant episcopi, præcauentes, Imperatores quævis negotia ad se traherent, quæ sui fori esse iudicabant. osivs Cordubensis episcopus grauioribus verbis CONSTANTINVM adhortatur apud ATHANASIVM in epist. ad solis. vitam a gendam; Tibi DEus, inquit, imperium commisit, n̄ bis, quæ sunt ecclesiæ concedidit. Et quemadmodum, qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinae, ita & tu caue, ne, quæ sunt ecclesiæ, ad te trahens, magno criminis obnoxius fias. Date scriptum est, quæ sunt Cæsari, Cæsari, & quæ DEI, Deo. Neque igitur fas est nobis, IN TERRIS (benetamèn in ecclesiis) imperium tenere; neque tu thymatum & sacrorum potestatem habes imperator. Negat (I) Cæsari dispositionem circa ea, quæ sunt ecclesiæ: (II) negat ei potestatem sacrorum: (III) episcopis adscribit imperium in ecclesiis. Sic iam CONSTANTINO contradictum: imo & aliis quoque Imperatoriis eadem cantilena opposita est, vt patrum scripta docent, quæ excerptis GRATIANVS Dift. 96. Vnde Imperatores, hisce reprehensionibus territi, quandoque iuris sui negligentiores fuerunt. Ius indicendi synodos Imperatori notorie competit, & tamen cum VALENTINIANVS anno 364. ad synodum indicendam flagitus esset, ita respondit: mili quidem in laicorum ordine constituto non est, huiusmodi negotia curio sius scrutari. Et ideo sacerdotes & episcopi, quibus haec curæ sunt, seorsum per se, vicinque ipsius libitum fuit, conueniant in unum. Ipse Constantinus in synodo Nicæna de querelis episcoporum cognoscere & indicare noluit, quod tale iudicium ad se non pertineret, quod assertum tamen contraria praxi refutauit. vid. RYFFINVS lib. I. h. c. 2.

§. XIII.

Quod etiam
successores
fecerunt.

§. XIII. Quando ergo iuris circa sacra imperatoribus reliquum fuerit, in tanta episcoporum contractione, inquit radum, & quamvis TALONIVS, Gallus pereruditus, intr. de l' autoritate des touchant l' Administration de l' Eglise, PE TRVS DE MARCA de concordia sacerd. & imper. RICHERIVS in hisp. c. 1. general. LAVNOIVS epist. variis aliisque hoc exercita. Speciatim iura circa sa-
cra referun-
tur ab impe-
ratoribus &
regibus olim
exercita.

thema plena manu excusserint, non intempestiuum tamen ex-
rit, breuibus illa iura antiqua, ab imperatoribus & regibus e-
xcita, congerere, ut inde constet, illa non esse episcopalia &
clericalia, sed ex supra potestate Reipubl dependentia.
Nam (I) iurisdictionem in episcopos & clericos exercuerunt,
quod causa Donatistarum probat, in qua CONSTANTINVS
a) iudices delegatos dedit, testibus AYGVSTINO epist. 162. &
EVSEBIO lib. X. hisp. eccl. c. 7. C) appellations ad se factas re-
cepit, nouumque eo nomine iudicium formauit, testibus
AYGVSTINO epist. 68. EVSEBIO lib. X. c. 5. quo etiam ipsius A-
thanasi appellatio ad Constantimum spectat, cuius momenta
explicuit D.N. PRAESES in obseruat. ad Petrum de Marca lib.
IV. c. 2. obs. 2. §. 2. Huc etiam γ) pertinet ARCHICAPEL-
LANORVM apud Francos praefectura, quippe qui palatio
regio consistorio praesidebant, de qua vid. obseruat. DN.PRAES.
ad P. de Marca p. 102. (II) Concilia generalia & particula-
ria indexerunt, quod nemo Ianus in dubium vocabit. (III) Con-
cilia vel praesuerunt, vel praesides dederunt, quod late proba-
uit DN. PRAES. ad Petr. de Marca lib. V. c. 3. seqq. conf. c. 5. C. 2.
q. 2. &c. 15. C. 12. q. 1. indeque etiam conciliorum ordinem
sua auctoritate direxere. (IV) Definitiones conciliorum esse-
culum decisum non habuerunt absque confirmatione imperato-
ria vel regia, quam proinde Patres, finito concilio, expetere
solebant. Faciunt huc, que post concilium Ephesinum II.
gesta sunt, cum VALENTINIANVS decreta eius reprobaret,
THEODOSIVS confirmaret, adeoque in oriente quidem ple-
nam, in occidente vero nullam vim haberent, donec demum
Concilio Chalcedonensi in totum essent reuocata. Ita ne qui-
dem episcopos absolute adscribebatur ius decidendi controuer-
sias de fide. (V) Circa liturgica dispositure, quod tot textus

20 CAP. I. DE FATIS DOCTRINAE VULGATAE

Coldicis & Nouell. ostendunt, & speciatim *Nou. 137.* liquidum reddit. (VI) *Celebrationem festorum adornarunt, quod, quæ circa diem dominicum adornauit Constantinus, probant, referente EVSEBIO lib. IV. de vita Constant. c. 18. seqq. & c. 23.* (VII) *in disciplinam ecclesiasticam, mores clericorum, officium episcoporum strenue inquisuerunt, quod reges Francorum potissimum permisos suos faciebant vid. lib. 1. capit. Carol. M. c. 122. & lib. II: c. 12. conf. Dn. PRAES. in obseru. ad Petr. de Marca lib. IV. c. 7. obs. 10.* Inde quoque (VIII) ius reformati sibi Carolus M. vindicabat in *capitul. Aquiugran.* de anno 789. quo errata corrigere, superflua absindere, recte coarctare studuit. Apertiora huius iuris argumenta occurrunt in concilio Liptenensi anno 743. celebrato, cuius decreta publicata sunt principis nomine. (IX) Nequidem excommunicandi & absoluendi potestatem absque auctoritate principum exercere poterant, quin Iustinianus eam se inconsulto, exerceri non debere, constituit. conf. Dn. PRAES. ad Petr. de Marca lib. IV. c. 14. obs. 12. (X) *Leges de sacrâ tulerunt, quod vterque Codex uberrime docet.* (XI) *Episcopos constituerunt, & electos confirmarunt, quod thema plene exponit CONRIG. de confirmat. episc. German.* Inde etiam ius regaliarum exercuerunt, cuius naturam & diuersitatem a iure annatarum exposuit Dn. PRAES. in obseruat. ad P. de Marca p. 154. (XII) *Ipsa origo pallii ex Imperatorum concessionē dependet, docente MARCA de concord. S. & Imp. lib. VI. c. 6.* (XIII) *Nouos episcopatus & archiepiscopatus instituerunt, quod vel exemplo Iustiniani constat, qui in vrbe Iustiniana nouum Archiepisco. atum erexit Nou. 131.* Recentius exemplum occurrit apud HEINRICVM CANISIVM tom. II. antiq. le&t. p. 499. de Philippo II Romanorum rege, anno 1198. Archiepiscopo Salzburgensi concedente, ut nouum episcopatum instituere possit, concurrente tamen papæ consensu. Inde in ipso diplomate dignitatis apostolicae & regiae sit mentio, & quod *indulto apostolico & regio item per viriusque potestatis ecclesiastice & secularis clementiam nouam erigere possit sedem.* Intermitto plura alia iura referre, quæ

Im-

Imperatores Romani, Reges Gallie, Britanniæ, Hispaniæ aliorumque regnorum olim exercuerunt, vi *summi imperii*, vtut (1) episcopi non rato de finibus turbatis conquesti fuerint, & proinde de concordia sacerdotii & imperii plures passim sint instituta deliberationes; (2) vt plurimum, ex illorum temporum ignorantia, quod ad *exercitium* horum iurium clericis in consilium vocati fuerint, cum existimaretur, causas ecclesiasticas tantum ope clericorum in melius mutari, decidi aut determinari posse. Proinde pleraque in synodis determinabantur, quæ ex clericis primario collectæ erant.

§. XIV. Sicuti itaque prisci Imperatores per Germaniam varia iura circa sacra quatenus cleri attentatis haud super pressa fuerunt, & exercuerunt quidem *iure proprio*, vi *summi imperii*, nec unquam illa clericis accepta tulerunt, sed eos tantum in consilium adhibuerunt: ita quoque huius iuris passim particeps facti sunt proceres imperii ex cæsarum indulgentia, vti antiquitatum monumenta ostendunt. Illustrissima inter omnes imperii proceres suo tempore dedit documenta huius iuris **HENRICVS LEO**, adeo vt etiam in uestitutram episcoporum per Slauiam subiugatam sibi proprio iure vindicauerit. Exemplo Henrici Leo. Lites desuper natæ sunt inter eum & episcopum Aldenburgensem Vicelinum, qui postquam in colloquium cum duce venit, ita eum allocutus est **HENRICVS** teste **HELMOLD** in Chron. Slavor. lib. I. c. 69. n. 8. Dignum quidem fuit, o episcope, vt vos nec salutarem, nec reciperem, eo quod nomen istud, me inconsulto suscepitis. Ego enim hunc rei moderator esse debueram maxime in terra, quam patres mei, fauente DEO, in clypeo & gladio obtinuerunt, & mibi possidendam hereditaue-runt. Sed quia sanctitas vestra dudum mibi comperta est, progenitores quoque nostri vos ab initio fidelem probauerunt, decreui iam, noxxæ huius obliuisci, permotionique vestræ pleno fauore concurrere, scilicet ea conditione, si uestitutram episcopalem de manu mea recipere volueritis. Hanc propositionem duram & insolitam vitam fuisse episcopo refert **HELMOLDVS**, episcopos enim, addit, uestire, solius imperatoriæ maiestatis est. Proinde spatium deliberandi ut sibi concederetur, petit,

22 CAP. I. DE FATIS DOCTRINAE VVLGATAE

quo impetrato, archiepiscopum Bremensem & clerum consuluit, qui ita censuere: primum in hoc negotio pensari decet, quattuor inuestituræ pontificum imperatorie tantum dignitati permisæ sunt, quæ sola excellens & post Deum in filiis hominum præminens, hunc honorem non sine fænoe multiplici conquisuit. Neque imperatores dignissima lenitate vñi sunt, vt EPISCOPVM DOMINI vocarentur, sed compensauerunt noxam hanc amplissimis regni diuiniis &c. Ita in odium Dicis censuit archiepiscopus Bremensis prout HELMOLDVS in seqq. haud diffitetur. Sed VICELINVS nihilo minus ab eo per virgam episcopatum suscepit, eodem referente c. 70. nec morem gerere voluit archiepiscopo Bremensi, contendenti posthac aeo, vt inuestitiram de manu regis acciperet, quod vel ideo cum recusasse censet HELMOLDVS c. 73. quia in illa terra sole autoritas ducis attendebatur. Cum itaque hoc ius inuestimenti episcopos in dubium vocaretur facta postulatione obtinuit apud Cesarem auctoritatem, episcopatus suscitare, dare & confirmare in omni terra Slavorum, quam vel ipse vel progenitores sui subiugauerint in clypeo suo & iure belli, vt ait HELMOLDVS c. 87. Hoc factio constituit Aldenburgensem, Racisburgensem, & Magnopolitanum episcopos, deditique eis privilegia de possessionibus & de iustitiis, præcepitque Slavis, ut soluerent reditus episcopales &c. Iplum diploma de anno 1170. ex codice antiquo membranaceo mihi ab amico communicatum ita se habet: In nomine sacro sanctæ & indiuiduæ Trinit. Henricus Dei gratia Bavariæ & Saxonie Dux. Quia diuina clemencia sorte dignitatis nos fecit plerisque mortalibus præcellere, conuenit auctoritatem dignitatis & potestatis agnoscere, & ei digni gratiarum actione, prout nempe dedit, respondere: quod tunc digna facimus, si ecclesiæ Dei & loca religionis defensare, ampliare, & magnificencie ad cukum Dei studeamus. Qua propter notum sit tam præsentibus, quam futuri temporis successoribus, quod nos pro remedio animæ nostræ, & felicis memorie Lotharii Imperatoris aui nostri & reliquorum patrum nostrorum, auctoritate & concessione invictissimi Romanorum Imperatoris Friderici tres episcopatus in

„in transalbina Slavia ad propagandum christianæ religionis
 „cultum DEO adiutorie instituimus & trecentis mansis singu-
 „los dotauiimus. Ut autem quieti illorum & paci impostorum
 „prouideamus ordinauimus atque constituimus, ut nulli lice-
 „at in prædictis mansis exactiones facere, vel paratas accipe-
 „re, angarias requirere, sed immunes sint ab omni exactio-
 „ne & grauamine, & sensu Ducis, qui -- dicitur. De ca-
 „pitibus autem causis duæ partes compositionum episcopo,
 „tertia vero Advocato proueniat, aliæ vero causæ tantum ad
 „episcopum; vel ad eius dispensatorem referantur. Ceterum
 „volumus, ut prædicti coloni maximam consuetudinem tene-
 „re placita nostra quæ mardhink vocantur, obseruent, & expe-
 „ditiones sequantur & borckware operentur. A quo tamen
 „ire cuilibet episcoporum X. vorwercos emancipauimus.
 „Censu autem Slavorum de vno tres mensuræ quod dicitur
 „huritz & solidus unus. Ordinauimus quoque, ut quolibet
 „ecclesiæ prædictarum episcopo decedente nullus Aduo-
 „catus vel aliqua alia persona bona episcopi presumat inua-
 „dere, vel in viis proprios mancipare, ne sacrilegii crimen in-
 „currat, sed secundum sanctionem canonum, prima pars pro
 „remedio animæ episcopi in viis pauperum distribuatur, se-
 „cunda in viis ecclesiæ, tertia successuri episcopi subsidio re-
 „seruetur. Ut autem hæc rata & conuulta permaneat, pa-
 „ginam hanc scribi fecimus & sigilli nostri impressione robo-
 „ratam signauimus. Episcoporum quoque Euerinadi Racen-
 „burg. Conradi Lub. Gernonis Zwerin banno firmari statui-
 „mus. Acta sunt hæc anno dominice incarnationis M. C.
 „LXX. Indictione autem tertia. Testium vero, qui hæc vi-
 „derunt & audierunt, nomina sunt hæc: Euerinus Racen-
 „burg. Episc. Conradus Lub. Episc. Gerno Zwerin. Episc.
 „Mirquardus Abbas Lüneb. Theodorus Præpositus Sig-
 „heb. Gerhardus Præp. de Rathenburch. Balvinius Præp. de
 „Rathenburch. Ballvius capellanus duas. Mgr. David sacer-
 „dos curiæ duas. Odo Lub. ecclesiæ decanus. Fulcherus
 „& Sigebinus eiusdem ecclesiæ canonici. Guntzel comes.
 „Bernhardus comes. Conradus vice dominus de Hildeshem.
 „Conradus comes renisteme. Heinricus comes de Burzeb.

Lude-

24 CAP. I. DE FATIS DOCTRINAE VULGATAE

"Ludegerus de Harestarp. Comes Albertus de Scoweborch.
 "Walterus de bergh. Hinricus aduocatus de Luneborgk.
 "Iordatus Dapifer. Lotarius frater eius Hinricus pincerna.
 "Lippoldus pinceerna. Wernerus Camerarius. Rohardus &
 "Suichardus de hadeslene. Walbertus miles. Georrius de
 "hideshader. Hildebrandus Marchiardus Honerbode. Mar-
 "quardus filius eius & Hurio de holofacia. Data in hertene-
 "bure. Va ydus nouembris. Dns. Hartvicus bremens, ec-
 "clesiae canonicus & notarius Duci assignuit.

Vi huius iuris etiam sedem cathedralem, quae antiquitus erat Aldenb, transtulit Lubecam, eo quod civitas haec esset populosior, & locus munitior, & omni prorsus aptitudine commodior, vt verbis VTR HELMOLDI c. 89. Prout ibidem ordinavit statum ecclesiae & episcopatum, designando locum, in quo fundari deberet oratorium, in titulum matriularis ecclesiae & areas claustrales &c. IDEM ibid. Verba concessio- nis imperatoris FRIDERICI, refert MADERVS de veriſ. san- dim. atque Maiſt. ducum Brunsuic. & Luneb. diplom. XII. p. 21. scilicet: ut quicunque in locum episcoporum ibidem subrogandi sunt, a manu ipsius, QVOD REGI IVRIS EST, tanquam no- stra recipient. Variis occasionibus iure hoc vſus est. Sic enim HELMOLDVS lib. II. c. 1. Compositis rebus in Bauaria Hen- ricus Leo, gemino ducatu clarus, reuersus & in Saxoniam & accessito clero Lubecensi dedit eis Pontificem Dominum Conra- dum Abbatem de Reddegeshusen. Cum vero hic postea ho- minii debitum duci praestare recusaret, quod vi huius iuris ab eo exigebat, loco cedere etum iussit. IDEM lib. II. c. 9. & postmodum Lubecensis Henricum episcopum dedit, de quo plene agit IDEM cit. l. c. 13. Hac ipsa inuestitura episco- pi subiciebantur Duci iurisdictioni, atque adeo iura plura in sacris inde dependebant.

§. XV. Aliis quoque proceribus idem ius, quod regium vocatur, concessum fuisse constat. Nam antea HENRICVS AVCEPS Ducis Bauariæ ARNOLPHO ius constituendi epi- scopos in Bauaria concessit, vel, vt ait ALBERTVS STA- DENSISS ad ann. 900, ei concessit, vt pontifice Bauaræ fac po- testa.

Aliis proceri-
bus quoque
ius circa fa-
cera commu-
nicatum est.

potes^{tati} in dignitatum concessionibus subiaceret. Apud LVIT-
PRANDVM lib. II. cap. 7. Status Bauariæ ita ad ducem suum:
Æquum autem iustumque nobis videtur, ut a ceteris non dissen-
tientis hunc regem eligeres: ipse vero te ut tam fortunatum & præ-
diuitem virum hoc pacto bearet, animique tui feritatem mulce-
ret, ut quod predecessores tui non habuere, tibi concedatur, scili-
cet quicquid est status Baioariæ pontifices tuæ subiaceant ditioni, iu-
næque sit potestatis, uno defuncto alterum ordinare. conf. ADLZ-
RETTTER in annal. Boicæ genti p. 1. lib. 13. n. 24. Duces Po-
meraniæ iurisdictionem exercuisse in episcopos, hosque eis
subiectos fuisse docet SITMANNVS de iur. episcop. c. III. vnde
etiam ad comitia prouincialia tanquam Landsaffii ducum vo-
cati sunt, eisque homagium præstiterunt, quod pluribus aliis
documentis illustrat B. DN. STRYK de iure papali princ. euangel.
c. 1. §. 6. Similiter duces Sueviæ constituendi episcopi Con-
stantiensis potestatem habuisse, asserit WALAFRIDVS STRABO
lib. I. c. 16. & 18. quod pluribus exemplis illustrat B. DN. HER-
TIVS de superiorii. terru. §. XI. & dissert. de iacti. vulgo. liberti.
ordin. Cisterciens. sect. I. Quanta Ducibus principibus & co-
mitibus potestas in monasteria, ecclesias, earumque bona iu-
re aduocatiæ competierit, IDEM docet dissert. de libert. ord. Ci-
sterc. sect. III. ostendens, Aduocatiæ non nudam defensionem,
sed iurisdictionem etiam comprehendisse.

§. XVI. Præterea etiam ordinis imperii iuris circa sa-
cra documenta aliis variis occasionibus ediderunt. Princi-
pes Brunsvicenses & Luneburgenses in ditionibus suis exer-
cuere iura primariacum precum, vt diplomata perspicuo-
ostendit Ill. LEIBNITIVS tom. II. script. Brunsfc. p. 397. Duces
Saxonie iura precum publicarum sibi vindicarunt ante refor-
mationem, vt in scripto GEORGII de anno 1509. docet SCHIL-
TER in instit. iur. canon. lib. II. tit. 1. §. 16. lit. a. Idem exercu-
erunt iura reformandi, quod illustri testimonio comproba-
tum dedit SCHILTER de libert. eccles. German. lib. VI. c. 7. §. 7.
Nam anno 1446. Wilhelmus III. Dux Saxonie atque Thu-
ringie diætam celebravit, vbi in primis consultatio habita de
reformatione cleri Thuringiaci & conseruatione iuris territo-

D

Alia iura spe-
cialia circa
sacra addu-
cuntur a pro-
ceribus im-
perii exer-
cita.

ria-

trialis de non euocando aut appellando, aduersus Pontificis Romani emissarios. Inde recessus factus, quem SCHILTER cit. l. §. 8. exhibit, vbi (1) prohibetur, ne dominici diei sanctitas, violetur, (2) promittit dux, se operam daturum, das alle geistliche Closter in unsren Landen reformiret, und wider zu rebellicher geistlicher Regierung bracht werden, ein tegliches nach Ufzahunge und Regeln sinnes Ordens. Auch das die weltlichen Priester sich priesterlich und göttlich halten und seyn, und sich in keinen Sachen ungebehrlich finden lassen, dadurch öre priesterliche Werdigkeit und Wesen möchte geschweycht werden. (3) ne causæ ecclesiasticæ ad extranea iudicia ecclesiastica traherentur: (4) ne iudices ecclesiastici de causis civilibus cognoscerent, varia constituta pena, etiam in clericos inobedientes &c.

Pedetentim
haec iura sa-
cra impera-
tores & pro-
ceres impe-
rii amifere.

§. XVII. Perstituissent sine dubio in illis iuribus, nisi imperatores inuestituras per annulum & baculum a se abdicare per pontificum tyrannidem coacti fuissent, cuius causæ fata refert HENRICVS MEIBOMIVS differt. de iure inuestiturae episcoporum. imperatoribus Rom. a pontifice. per vim ademio. Ipse ONOPHRIVS PANINIUS in vita Gregorii VII. fetetur, Imperatores amissis prælatorum inuestituras, maiorem imperii fortior remque partem desperidisse, & maximarum calamitatum seminarium fuisse; nam hac ipsa addicione, omne ius in episcopos, clerum & sacra amiserunt. Et cum ordines plerique ex beneficio Cæsarum iura circa sacra suis ditionibus exercebant, mirum non est, horum iura quoque hoc ipso conculcata & diminuta fuisse. Interim vestigia huius iuris summi ab ordinibus plurimis, non obstante cleri furore, integra & ilibata fuisse conseruata, docet CAROLI IV. diploma de anno 1359 apud NICOLAVM SCHATENIVM lib. XIII. ad cit. annum, quo, suggest onibus cleri pontificii Ducibus, Comitibus, Baronibus, & aliis dominis temporalibus plura iura circa sacra in dubium vocata sunt. Recensentur in cit. diplomate sequentia: (1) iusamortizandi, (2) quod excommunicatos in foro civili haud repellerent, (3) quod exactiones de bonis & redditibus ecclesiasticis extorquerent, (4) quod aufugientes ad ecclias inde extraherent &c. quæ iura tamen ita comparata esse ostend-

ostendit B. HERTIVS de iact. ordin. Cisterc. libert. sect. I. §. 4 seqq. Et episcopi
vt optimo iure defendi potuerint. Ita paulisper etiam quæ-
uis leuissima iura Cæsari primum, & post etiam ope Cæsa-
rum ordinibus imperii subtracta, & episcopis adscripta sunt,
vt ideoque ante reformationem omnes ius circa sacra vel pa-

pale vel episcopale fuerit, nullum fere amplius regium. Epis-
copi in diæcesib[us] suis imperium exercebant sacram, sed de-
pendens & limitatum, quia ad papam dabatur recursus, & præ-
terea casus reseruati supererant, solius papæ dispositioni relieti.

§. XVIII. Hoc rerum statu, auctore Deo, & ministe-
rio LVTHERI, Hierarchiæ huius fulera nutare & ruinam mi-
nari cepere. Quamuis enim LVTHERV[S] ab initio tantum
reformationem doctrinæ & morum vrgeret, & masculine ag-
grederetur, paulatim tamen ipsius imperii sacri tacta & destru-
cta sunt fundamenta. Sane vbi reformationis desiderium o-
mnes inuaderat, adhuc episcoporum potestas insignis erat, te-
ste ipso LVTHERO in tr. de libert. Christian. tom. I. Lat. len.
fol. 467. b. aiente: *At dispensatio ista (de qua Paulus 1. Cor. IV.
loquitur) nunc in tantam pomparam potestatis & terrificam quan-
dam tyrannidem euasi, vt nec gentiam nec illa mundi imperia
queant ei conferri.* Præterea vero principes etate illa imbuti
erant ea opinione, quod in causis sacris & ecclesiasticis nihil
disponere possent, vnde ad Theologos fere vnicce arbitrium
circa has causas primitus reiiciebant. Hac opinione inuete-
rata adeo imbutus erat Elector Saxoniæ FRIDERICVS, vt in

mandatis tom. II. lat. len. col. 269. b. oper Luth. relatis, negaret,
sibi vñquam in mentem venisse sua auctoritate LVTHERI do-
ctrinæ patrocinari, neque sibi potestatem iudicandi de ea su-
mere, licet a multis doctis viris pia & Christiana prædicare-
tur permittere saitem vt LVTHERV[S] eam suo periculo de-
fenderet, quo ipso factum, vt solis Theologis hæc cura reli-
cta sit. Apparuit hoc ipsum euidentius, vbi anno 1522. regi-
mentum imperiale per mandata omnibus episcopis iniunge-
bat, vt visitationes ecclesiasticas instituerent per illa loca, in
quibus iam LVTHERI doctrina altas egerat radices. Illicto an-
nuit elector, & visitationem episcoporum permisit, quamuis

Reformatio-
ne imminen-
te iura sacra
reuocata.

Ab initio ta-
men dubi-
tanter egere
proceres.

28 CAP. I. DE FATIS DOCTRINAE VULGATAE

a partibus *LUTHERI* staret. Notabile vero est, quod cum Merseburgensis episcopus anno 1524. Mense Martio denuo se ad visitationem accingeret, elector deputatos ad eum miserit, adhortantes eum, ut pro officio boni pastoris ageret. Testametria sunt, *principes suos, vi pose laicos, negotio religiosis se* *bucusque non immisuisse, neque hic facturos esse sed conscientiae* *episcopi committere, an in ciuitatibus & praefecturis electoralibus* *sua diaecesis examen inservire venit.* Vid. SECKENDORFF. in *histor. Lutheran.* lib. 1. §. 130. addit. 1. lit. t. Vrbit vero in primis episcopus, eodem referente, obligari principes, ut pastoribus adiumento essent, ad compellandas in septa oues: Legati contra mandatum sibi esse negebant, ut cum eo hac dere disputarent, *sibi vero videri dicebant, gladium principibus non* *nisi ad externa i. e. ad pacem tuendum & puniendos maleficos* *traditum esse; fidem vero rem esse spiritualem a Deo per spiritum* S. dandam, que humana potestate & per gladium produci non possit; a prelatis in partim sui officii vocari non solere principum imperia. Ita princeps veteri persuasione nihil auidebant, sed euenum speculabantur, vt ait SECKENDORFF cit. tr. §. 134. interim tamen magis magisque omnia ad reformationem totalem inclinebant, quamvis non sine grauibus motibus. Mox causa ad comitia delata, & variae ad reducendam pacem deliberatione inita, quo ipso paulatim quædam juris circa sacra vestigia ireuiscere ceperant. Regimentum imperiale visitationes episcopis iniunxit, & in R. I. Noriberg. de anno 1524. §. 28. & 29. statutus vocantur Schützer und Schirmer des Glaubens. In R. I. de anno 1525. §. 1. ita cautum est: es soll aber eine jede Obrigkeit, sie sey geistliches oder weltliches Standes, ein fleißiges Auffmercken und fleißiges Einsehen haben, daß in ihren Fürstenthümern Landen und Gebieten mit derzeit das heil. Evangelium und Gottes Wort nach rechteu und wahren Verstande und Auslegung deren von gemeiner Christlichen Kirchen angenommenen Lehrern ohne Auffruhr und Alergernish zu Erhaltung Gottes Lob, Frieden und Einigkeit gepredigt werde. Nihilominus tamen adhuc episcopis *ius episcopale* relictum esse constat.

Sensim tam
meni iura
pristica re
uocarunt.

§ XIX.

§. XIX. Motus interim vbique sere incrementa sumserunt, veritatis euangelicæ doctrina per varias terras se diffundente, vt ut episcopi cum reliquo clero pontificio Acha ronta mouerant. Ansam hæ episcoporum persecutio nes dederunt, vt quæstio status iis moueretur, & *ius circa sacra* iis negaretur. Docet id ipsum art. XXVIII. Aug. conf. anno 1530. Cæsari exhibitæ, vbi potestas episcoporum restringitur ad tria: (1) ad ius prædicandi euangelium (2) remittendi & re tinendi peccata, præterea (3) administrandi sacramenta. Negatur præterea, *de iure diuino villam iurisdictionem competere episcopis*, sed saltim de iure humano, ita vt vbi suo officio desint, *principes vel in iiii suis subditis ius dicere cogantur*, vi pax retineatur. Non poterat non hic articulus grauiter eos, qui a partibus cleri pontificii stabant, offendere, inde conuentus de molliendis articulis Augustæ Vindelicorum instituti, & sicuti in aliis, ita in hoc articulo aliquid remitti posse censuit PHILIPPVS MELANCHTHON, teste COELESTINO. in his tor. A. C. tom. III. fol. 54. seqq. In summam ob eam causam deductus est inuidiam apud protestantes, vt ipse conqueritur in literis ad LVTHERVMa COELESTINO tom. III. fol. 63. b. relatis, in quibus ita: Non credas, quanto in odio sim Noricus & nescio, quibus alius propter restituram episcopis iurisdictionem: ita de suo regno, non de euangelio dimicant socii. Amicus quidam scriptit, me, si quanta volu ssem, maxima pecunia a Romano pontifice conductus essem, non potuisse meliorem rationem suscipere restituenda dominationis pontificiae, quam hanc esse iudicent nomines, quam instituimus. Ego nullum adhuc deserui articulum & alienum qui ad doctrinam pertineat; tantum stomachabantur de politicis rebus, quas non esse nostrum eripere episcopis. Respondit LVTHERV S apud eundem COELESTINVM fol. 39. b. superuocaneum videtur disputare vel agere aliquid de iurisdictione. Cum enim nos ferre non possemus, sed prorsus damnandos, reiiciendos, & ex ecclesia extirrandos esse existimant, quam eorum iurisdictionem in nos expellere debeamus, non videmus. Hoc dicimus & affirmamus: hæ nostram doctrinam in posterum ferre, nec amplius persequi &

30 CAP. I. DE FATIS DOCTRINAE VULGATAE

externinare studuerint, eorum quoque iurisdictioni & dignitati, quam vocant, per nos quidem nihil detractum aut derogatum iri. Neque enim vel episcopalem vel aliam quamvis dignitatem affectimus, sed Christiani tantum esse cupimus, quorum conditio misera & despecta esse debet. Vnde etiam de causis matrimonialibus ita censuit: *Has omnes ad episcopos, officiales, carnisices, vel quicunque eos recipere voluerint, relegamus, licet suspicari aliquo modo possimus, eos alterum sine altero nequaquam recipiuros.*

Præterea
episcoporum
iurisdictionio
tandem
suspensa.

§. XX. Hæc erat sententia eo tempore ipsius LUTHERI & PHILIPPI, quæ indicium præbet, principes hactenus nondum sese sacris penitus immiscuisse. Sed postquam omnes de reducenda pace & concordia deliberationes euaneſcerent, quin potius bellum Schmalcaldicum tandem erumperet, magis magisque episcoporum potestas diminuta est. Secuta enim tandem transactio Passauensis de anno 1552. & pax religiosa de anno 1555. qua de securitate euangelicorum quoad exercitium religionis prospectum & præterea iurisdictione ecclesiastica episcoporum contra A. C. consortes & sacra suspensa est in §. domit auch, vnde postmodum auditum est illud vulgatum; *cuius est regio, eius est religio, quamvis cum ambiguum haberet sensum, in ingentem abusum tractum sit.* Hæc suspensio iurisdictionis ecclesiastice ansam ICti dedit, ut statibus Euangelicis ius episcopale affererent. Animaduertebant enim iurisdictionem ecclesiasticam episcopis non prorius ademant, sed exercitium eius tantum suspensum esse vsque ad compositionem religionum discordantium. Porro obliterauerant, status Euangelicos ante reformationem *iura sacra* non exerceuisse, & forsitan adhuc in inueterato illo errore habebant, *episcopis*, qua talibus, hanc de iure competere potestatem. Et qui aliter iudicare poterant, cum ICti, negligio iure naturæ, solummodo iuri ciuili & canonico operam darent, & potestatem in sacra inde peterent, & secundum principia juris canonici stimarent, quia solidioribus destituti erant. Inde orta opinio inter Euangelicos communis; *(I) principem interim iuris episcopalia exercere ex pacto*

D 3

pu-

publico, (II) adeoque duplicem repræsentare personam, & *episcopi & principis*, (III) imo nec eodem modo ab illo hæc & profana iura exerceri, cum illa *ad tempus*, hæc vero *perpetuo & proprio iure* exerceat, atque (IV) secuta compositione religionum discordantium illa veris dominish. e. *episcopis*, restitui debeant. Alii alium conceptum sibi de hac re formarunt, vti tradit HAVEMANNVS *de iur. episc. tit. IV. S. 4.* omnes tamen, quotquot fere fuerunt, iura sacra hæc dixere *episcopalia*, & ita in conceptu illo errore substitere, iura hæc esse *clericalia*. Ne quidem error hic post *I. P.* correctus, sed potius actus est, cum in omne *ius diocesanum* & *tota iurisdictio ecclesiastica* cum omnibus suis speciebus insensa esse dicatur, eo addito, quod *intra territorii limites* se continere debeat. Præterea etiam de eolites mouerunt, vtrum *iurisdictio ecclesiastica* sit principibus Euangelicis primum *data*, *an resumpta*, vtrum *priuative*, *an cumulatiue*, salvo concursu ecclesiæ, vel ministerii sacri, quod *FECHTIVS* existimat: vtrum præter iura *episcopalia* etiam illa exerceri possint, quæ olim *papæ* sibi vindicarunt? *an & quatenus consistorium de iuribus episcopalibus partecipet?* quæ omnia & plure alia inde in dubium vocata sunt, quod existimatuerit, principi, qua tali, hæc non competere, sed in exercitio eorum vicem *episcopi*, seu *cleri*, sustinere, & ita secundum præixin primitiæ ecclesiæ, quam in quinque prioribus seculis collocant, iudicandum esse, quoisque Principis, tanquam *episcopi Euangelici*, potestas in sacris se exserat. Atque hæc quidem fata habuit *ius illud eminens circa sacra a natalibus Christianismi usque ad hæc nostra tempora*, vnde facile apparebit, falsa denominatione *iurium episcopaliū* hæc ipsa a *ICtis* insignata esse.

Quæ post In-
strum. P. con-
tinuata sunt.

*clericorum
interiorum*

CAP.

CAP. II.

DE
VERA RATIONE IVRIVM QVAE
VVLGO INTER PROTESTANTES EPI-
SCOPALIA DICVNTVR.

§. I.

Status con-
troversiae
formatur.

HAEC FATA fuere iurium eminentium *circa sacra*, quæ quidem in terris protestantium veris & genuinis dominis suis sunt restituta, sed nomine incommodo *iurium episcopaliū* adhuc insigñari solent. Magis ex vero olim gloriose memorie princeps *MAVRITIUS* Hassia Landgrauius censuit asseruitque, *Die Freyheit in Religionen Sachen sey der Sunde höchstes regal*. De hoc ergo in præsenti capite inquirendum: *virum iura hæc, de quibus agimus, vere & recte sint & dicantur episcopalia?* Neque enim tantum hic lis est de nudo nomine, sed ex ipsa huius appellationis ratione fluunt variæ conclusiones, de quib[us] non satis caute iudicare possumus, quamdui in denominatione incommoda substituimus.

Ius episcopale in sensu iuris canonici non tribendum principibus euangelicis.

§. II. Questio potissimum huc reddit; an tale *ius episcopale*, quod c. ante c. §. V. descriptum est, & non tantum in *potestate pastorali*, sed etiam *imperio sacro* consistit, recte tribui possit principibus protestantibus? Negandum hoc esse arbitror, variis ex argumentis. Primum est, quod posita contraria sententia & communi, summum in sacra imperium clericis reuera adscribi deberet, quemadmodum pontifex & episcopi illud sibi, quamvis inique, vindicarunt. Finixerunt enim, ecclesia esse rem publicam peculiarem, a ciuii distinctam & independentem; quemadmodum itaque principes summum imperium in ciuili republ. tenent, ita episcopos a Deo constitutos esse imperantes in ecclesiastica republica, & consequenter summa iura in sacra pontifici & episcopis propria esse dixerunt. Parum ab hac philosophia recedit

recedit SCHILTERVS in iuris canon. insti. lib. I. tit. I. §. 2. docens, totam rem publicam in duas se se pandere societas, in *sacram* & *ciuilem*, h. e. in *ecclesiam* & *policiam*, & inde concludit, utramque diuerso modo esse gubernandam. Et quidem hoc ipsum nostrates serio existimasse, ex ulteriori eorum declaracione enarrat. Aiant enim, principem duplicem in republi-
 catenere personam: (1) *principis*: quo intuitu secularia impe-
 rio suo determinat & de iis disponit; (2) *episcopi*, quo respe-
 cti iura sacra exercet, & ecclesiastica dirigit prout cap. I. §. 2.
 sqq. obseruari. Eo ipso conceditur, *iura circa sacra* non aliter summæ potestati competere posse, quam quatenus perso-
 nam *clericis* vel *episcopi* induit, & ita his, more pontificio, po-
 testas circa sacra eminens adscribitur. Ast vero falsum hoc
 esse, obseruarunt maiores nostri in *Augustana confessione*, iu-
 dicantes, episcopis *imperium* nullum competere, sed nudum
ministerium ac officium, quod nihil imperii ciuilis amixtum ha-
 bet. Hæc fuit ratio primitiæ ecclesiæ apostolicæ, prout cap.
 I. ostendi, imo postquam exercuerunt *proprio iure*, ex vi po-
 testatis ciuilis, non sub qualitate episcoporum. Recte hoc ipsum
 obseruat vir immortatlis memoriae *LVDOLPHVS HVGO* tr.
 de statu region. German. c. III. §. 28. inquiens: *Quoniam ex*
protestantium sententia iurisdictione ecclesiastica PARIS est CIVI
LIS IMPERII, merito principes protestantes *IVRE CIVILIS*
IMPERII etiam iurisdictionem illam sibi vindicant. Si ergo
 pars est ciuilis imperii, siure ciuilis imperii exerceri debet, prin-
 cipes quæ tales, non qua episcopi, illam omnino sibi vindicant,
 & minus recte potestas hæc *episcopal* dicitur. Scilicet sum-
 ma imperantis potestas per totam rem publicam se diffundit
 in omnes ciuium actiones, non tantum, quatenus ut singuli
 considerantur, sed etiam quatenus in cœtu particulares ab-
 eunt, & vnam personam moralem sustinent. Sunt ecclesiæ ni-
 hil aliud, quam *cœtu particulares*, & ita quidem in *republica*
 reperiuntur, ut alia collegia, sed non sunt pars *republica*, mul-
 to minus separata rem publicam sustinent. Id quod si verum
 est, ut opinio est, inde per se fluit, cœtu huic, ut pote societati æquali, nullum *imperium* proprie dictum competere, sed

(1) Quia ita
clericis ius
circa sacra
adscribitur.

Et ex inspe-
ctione in ec-
clesias fluit.

principem in eundem quoque imperium exercere posse, sicuti in quævis alia collegia, quatenus finis reipublicæ id postulat, h. e. vt pax & transquillitas reipubl. conseruetur. Finis hic cuius principi, qua tali, inspectionem sedulam comittit in omnes ciuium actiones, imo ipsa collegia & cœtus, vt præcaueat, ne res publica inde detrimentum capiat. Eo magis autem cura sua negotia ecclesiastica commendata habere debet, quo funestius malum in rem publicam ex neglecta hac cura redundare potest. Quodsi Imperatores imperiosis epis-
copis maturius, & efficacius restitissent, hierarchia nunquam exstructa fuisset, qmæ tot ingentia peperit mala. Ergo vel horum exemplo constat, rempubl. saluam & incolumen esse non posse, nisi supremam potestatem in sacra princeps exerceat, & omnibus modis præcaueat, ne imperium politi-
cam in ecclesia emergat. Conf. BRVNNEMAN. de iure eccl. lib. I. c. 2. per tot. PFEFFENDORFF de habitu retig. ad vitam civil. CONRING. de maiest. civil. auctor. circa sacra, Ill. DN. THOMASIVS in vindic. iur. maiest. circa sacra. HVGGO GROTIUS de imper. summ. potest. circa sacra. PETRVS MULLERVS de iur. episc. in terris protestant. a Catholicis iniuste praensarcuiscientia cap. II.

(III) Quia ius
circa sacra
ex superiori-
tate terri-
toriali fluit.

§. III. Proinde recte omnino sentiunt, qui ius eminens circa sacra ex superioritate territoriali principibus protestantibus adscribunt, quod plenius demonstrat B. HERTIVS de Superior. territ. §. XIII. Inde vero milii nouum, & quidem secundum, tubnascitur argumentum, quo facta hæc iura epis-
copalia principibus nostris assertu penitus conculcari possunt. Quodsi enim ex superioritate territoriali iura circa sacra deriuanda sunt, certe haud sunt episcopalia, nec Principes ea, ut episcopi, exercent. Neque enim episcopi, qui tales, habent territorialem potestatem, nec inter pontificios episcopi ius suum in sacra territoriali potestate, sed ex iure diuino pertinet. Imo quicquid agunt, episcopi catholici, vi superioritatæ territorialis, non agunt qua tales, sed qua principes imperii seculares, ex quo necessario sequitur, etiam principes protestantes, qua tales, iura circa sacra exercere debere, si ex superiorite territoriali deriuari debent. Ipse CARPOVIVS in iuri-

ris.

rispr. const. lib. I. def. 3. quasi sui immemor, iurisdictionem ecclesiasticam itidem ex hoc fonte petit, aens: suspensa iurisdictione ecclesiastica per pacificationem religiosam, eaque ad Principes & status imperii iure superioritatis deuoluta, iura quoque episcopalia vigore superioritatis territorialis, Krafft habender Landes färsel. Obrigheit competere atque exerceri dixeris rectissime cum Reinkingo. Vnde reformatio religionis sequela superioritatis indubitate censemur & profuit hinc axio- ma illud tralatitium inter Camerale & Doctores Catholicos vul- gatissimum: quod cuius sit regio, eiusdem sit etiam religio seu de religione dispositio. Hac tamen ipsa doctrina refutatur senten- tia, quam def. antec. latius inculcauerat, quod seilicet prin- ceps tanquam episcopus, non tanquam princeps secularis hæc iura exerceat, quæ quomodo cohærere possint, ego quidem nullo modo videre possum. Imo si iure superioritatis territorialis disponit in sacris, falsum omnino, quod CARPZOV. def. XI. s. 15. asserit, vt pontificem & episcopum principem hæc iura exercere. Indubitati autem iuris esse principibus Eu- angelicis iura circa sacra vi superioritatis territorialis compe- tere, patet tum ex natura eorum propria, tum ex dispositio- ne ipsius Instr. Pac. art. VIII. §. 1. vbi ita disponitur: Omnes & singuli electores, principes & status imperii Rom. in antiquis suis iuribus, prærogatiis, libertate, priuilegiis libero IVRIS TER- RITORIALIS tam in ECCLESIASTICIS, quam politicis exerci- tio firmati sunt.

§. IV. Præterea quoque (III) ex capite antec. perspi- cuum reddidi, Imperatores omnem potestate in ecclesiam & negotia ecclesiastica iure civilis imperii exercuisse, episco- pos vero habuisse subordinatam & dependentem a civili imperio potestatem, quam postea sibi independenter, & proprio iure af- feruerunt. Si ergo natura huius iuris ita comparata est, uti omnino est, incongruum sancte v. detur, ea episcopalia dicere, quæ episcopis iure proprio competere non possunt, nostris autem principibus iure proprio competunt, Observauit hoc ipsum BRVNNEMANVS de iur. eccles. lib. I. c. 2. §. 4. inquiens. Et cui alias competet iurisdictio hæc & imperium? Certe non

(II) Quia o-
lim Impera-
tores iure
proprio hac
iura exer-
cuere.

episcopis, qui quidem habent iurisdictionem aliquam, quam vocant audientiam, sed illa ipsa iuris a summa maiestate Cœsarea collata est. Imo ipse Salvator verbis perspicuis apostolis suis intimauit, quod regio more dominari: & beneficos appellari dominos ipsius indultum non sit Luc. XXII. 25. Hinc ministerium episcopis saltim iniunctum, non dominium, quo fine emphaticè episcopos admonet Petrus I. Epist. c. V, 3. pascite Dei gregem, qui penes vos est, non vi dominantes Cleris. Quicquid ergo potestatis exercuerunt episcopi, ex indulgentia Maiestatis ciuiis exercuerunt, non IVRE SVO vel a Salvatore concessa.

(IV) Quia iuria episcopalia sua natura sunt dependentia.

Nec omnem potestatem in sacris exhausti.

§. V. Addo etiam hoc, (IV) non leuem iniurium fieri principibus protestantibus, quod iura illa eminentiora circa negotia ecclesiastica, & religionem a iuribus episcopalibus Romanæ ecclesiae petantur. Nam (1) constat, hæc ipsa esse dependentia, & pontificii Romani supremo arbitrio subesse, cum principum protestantium potestas in sacra, independent, & nullius subiecta arbitrio sit, adeoque nullo modo cum iure episcopal Catholicorum conferri queat. Deinde (2) si in vulgaribus iuribus episcopalibus, quatenus iure canonico determinata sunt, subsistimus, sane minus eis tribuimus, quam ex potestate circa sacra eis tribuendum erat. Plura pontifex episcopis subtraxit, & ad casus reservarios retulit, quæ tamen exsuprema potestate in sacra fluunt. Observauit quoque hoc ipsum B. Dn. sIRYKVS de iure papali princ. Euangel. cap. II. §. 2. docens, principes nostros in suo territorio quoad ecclesiastica superiori non agnoscere: non imperatorem, pergit, vi poterat ius circa sacra non usurpat, sed voluntaria abdicatione illud resignauit in manus pontificis; non pontificem, quia huius iurisdictione ecclesiastica in territoriis protestantium suspensa. Demonstrat subinde in seqq. quænam iura eminentiora principes euangelici exerceant, quæ ad iura episcopalia nullo modo referri possunt, additque, si terminis iuris canonici insisterem volumnus, potius popalia dici posse, non quod papæ accepta ferenda sit eidem proprio iure competant, sed tantum designetur, quod omnia iura illa eminentiora, quæ olim pa-

pa,

pa, vt iniustus possessor exercuit, hodie a principibus exerceantur, non iure papali, sed vi superioritati territoriali. Interim non nego, rectius etiam hac appellatione abstineri, ne in easdem difficultates incidamus, quas circa iura episcopalia obseruauit.

§. VI. Imo (V) quamdiu in afferendis principi euangelico iuribus episcopalibus solliciti sumus, non possumus non in varios incidere laqueos & otiosas disputationes. Constat pali principi iura episcopalia a pontificis in quatuor classes distingui. Ad bus afferro primam pertinente iura ordinis, quæ officium pastorale vnicem infinita in concernunt & inde fluunt, vt sunt: potestas concionandi commoda & docendi, administrandi sacramenta; confirmandi baptizatos, ordinandi ministros ecclesiæ, ligandi & soluendi, loca sacra consecrandi, reges inaugurandi & vngendi, cemiteria constituendi, benedicendi abbates, &c. Ad secundam reuocant Legem Diaconianam, quorsum referunt obedientiam Canonicam, potestatem in bona ecclesiastica & domus religiosas, curam miserabilium personarum, ius circa scholas creandi doctores & magistratos, synodos convocandi, exactionem cathedralici, visitationes ecclesiasticas, procriptionum exactiones, quartam decimationum, portionem canonicam episcopalem, charitativa subsidia. Tertia classis comprehendit iurisdictionem ecclesiasticam, circa causas ecclesiasticas & in clericos exercendam, vnde ius consistoria constituendi aliaque plura dependent. Denique ad quartam classem iura dignitaris pertinere censem, quæ sepe exserunt in titulis, prærogatiis aliquis signis dignitatem singularem & eminentem demonstrantibus, quæ omnia ex professio suffissime explicat LINCKIUS de iure episc. c. VIII. seqq. Postquam itaque CARPOVIUS in primis iura episcopalia principibus euangelicis vindicat, non rectius potestatem circa sacra determinari & singula eorum iura explicari posse censuit, quam ex hac Canonistarum doctrina. Inde in Iurispr. Consistor. lib. 1. def. IV. iura episcopalia ordine secundum hactenus dicta recenset, & speciatim in seqq. definitionibus ad principes protestanteshoc applicat, non ob aliam causam, quam quia existimauit, principes euangelicos in-

duere debere personam episcopi, si iura circa sacra valide & legitime exercere malit. Ast vero (a) ita ex puerido fonte iura principum sacra peruntur & explicantur, & ius canonicum quod principum legitimam potestatem conculcauit, ad instar Iudei lapidis ponitur, secundum quem potestas principis in sacris estimari debeat. Huc potissimum collimat CARPOZIVS per totam iuris prudent. consit. cum LAURENTIO OHMIO REINKINGIO aliisque. Sic lib. I. def. 5. n. 5. ius conuocandi synodos principi adscribit ob legem diocesanam; ius administrandi bona ecclesiastica def. 6. n. 3. ei deferit ob eandem legem Cognitionem de causis matrimonialibus aliisque ei adscribit def. 7. ob iurisdictionem ecclesiasticam &c. 6) Nullo iure principi iura ordinis adscribi possunt, quæ tamen itidem episcopalia sunt. Agnoscit hoc ipse CARPOZIVS lib. I. def. 2. n. 13. & n. 17. seqq. inde concludit, principes tantum gerere potestatem ecclesiasticam externam, & hoc intuitu diei episcopos, vel titulo tenus saltim ex pacto religionis, quæ iura exerceat episcopalia. Ast ita rursus nouæ exsurgunt lites: nam ius condendi leges ecclesiasticas ad iura ordinis referunt, vid. LINCKIUS de iur. episcop. c. 9. n. 102. an ergo hoc principibus Euangelicis denegandum? Deinde potestatis ecclesiastice interne & externe qui sint limites, exinde non satis constat, dum quisque, prout sensu abundat, hoc vel illud ius controversum modo ad internam modo ad externani potestatem trahit. Audiamus REINKINGII circa hanc doctrinam philosophiam, qui in tr. de regim. secul. & eccles. lib. III. class. I. c. 10. n. 3. seqq. ita: secuti archiepiscopi, episcopi & mulci ex praelatis virumque tribunal principum benignitus te nati, iam duidum exercuerunt; ita etiam multo equius, ut & seculares imperii statutis ex grauiissimis causis utramque iurisdictionem decenter & conuenienter usurpent, tam in his, quæ sunt ordinis, quam quæ sunt iurisdictionis episcopalis ac legis diocesanæ. Cum vero principes haec iura habeant; imperii & sacerdotii curam sustineant, diligenter cauere debeant, ne vel usurpatione vel administratione confundantur ea, quæ vel ipsa Dei ordinatio & negotiis qualitas separantur. Et paucis interiectis n.

urn:nbn:de:gbv:3:1-796339-p0046-7

s. pergit: In his itaque, quæ ordinis sunt &c. principes & statuti Augustane confessionis seculares se ipsos non intronunt, sed curam & potestatem externam circa hæc usurpant, ut per superintendentes & ministros ecclesiæ, secundum ordinem diuinatus institutum ad normam Euangelicam decenter perficiantur. Ea vero, quæ sunt iurisdictionis ecclesiastica & legis diocesanæ per Confessoriales expedient. Ita se misere torquent Dd. vt modo doctrinam iuris canonici de iurium episcopalium partibus principibus euangelicis applicare possint, quæ tamen solido fundamento constituitur. Principum Euangelicorum potestas in sacris aliunde satis recte circumscribi & determinari potest, vt non necesse sit ex doctrina pontificiorum futil illam illustrare, quæ magis hanc doctrinam de potestate principum in sacra corrumpit, quam illustrat, vti §. seq. videbimus. Eo contrario finis reipublicæ intuitu cuius potestatem in sacris exercet, satis limites eius determinat, cum tanta in dubio principi competere censeatur potestas, quanta sufficit ad finem obtainendum, reipubl. præfixum.

§. VII. Et si (VI) verum fontem huius doctrinæ de iuribus episcopaliis principum euangelicorum evoluimus, il- (VII) Quia lum oppido lubricum imo falsum esse apparet. Supponunt hæc doctrina nostrates, (I) euangelicis principibus olim nullam in sacra po- fluit & falsis testatem competitisse, sed illam per episcopos fuisse exercitam; principiis, (II) pacto publico autem potestatem, olim episcopis propriam in eos esse translaram, & quidem prout quidam addunt (III) fiduciario iure, vt interim illam exerceant, donec controuersiae religionum discordantium compositæ fuerint. Alii in suspensione potestatis episcopalnis se fundant, indeque inferunt, principes interim iure episcoporum antiquo agere debere in suis territoriis. Verum hi conceputus de potestate principum satis erronei sunt. Concedo, tempore reformationis episcopos & pontificem per iniuriam omnem in sacra potestatem occupasse, & sua violentia impe- disse, quo minus principes iure suo, quod iuræ naturæ illis vi summi imperii datum est, vti possent. Interim habuere anrea potestatem in episcopos, & alia varia iura sacra exercuere, imo eandem potestatem eo ipso retinuere, quo superioritatem ter- rito-

In cuius locum solidatoria substituuntur.

ritorialem conseruarunt, cuius pars & sequela necessaria omnino est, ut ex exercitium huius iuris amiserant. Remotum tandem est hoc impedimentum per suspensionem iurisdictionis ecclesiastice, quo facto, principes rurius supremas sua potestate uti cœperunt. Non itaque haec iura demum in eos *translata* sunt per pacem religiosam aut instrumentum pacis, nec villa de tali *translatione* mentio iniecta est, sed sufficiebat, quod impedimentum remoueretur, quod ante hac exercitio horum iurium eminentiorum obsterat: quia ita *ipso iure* reuivisebat vigor summorum iurium circa sacra. Et ita facilius dubiis occurri potest, quæ alias moueri solent, si assumerimus, *iura episcopalia* in principes euangelicos esse *translata* per pacem religiosam. Negat hoc enim NICOLAVS EVERHARDVS IVN. vol. II. conf. 1. n. 78. & vt plurimum Catholici, afferentes iurisdictionem ecclesiasticam contra ordines Augustinæ confessio-nes esse quidem *suspensam*, non tamen apparere, quod in eos *translata* sit. Sed *translatione* expressa non fuit opus, cum superioritati territoriali sua natura haec potestas eminens iam inesset, & protestantes nihil vterius desiderarent, quam ut impedimenta e medio tollerentur, quæ haecenus in exercitio summorum iurium obfuerunt, superstitione omnium mentes obfuscante. Huc etiam collimat PETRVS MYLLER de iur. episcop. prætensiæ reuolutio. sed. 1. cap. 2. ult. Aiens; Atque ex his per legitimam consequentiam deduci potest, non demum tributum esse ius episcopale statibus protestantibus per transactionem Passouensem; cum enim certum sit, ius superioritatis territorialis iam ante pacificationem religiosam integrum fuisse statibus imperii, nō gari quoque non potest, iam tum etiam ipsis competitissimum ius episcopale h. e. potestatem in sacriss.

(VIII) Quia haec doctrina variis caulationibus variis caulationibus obnoxia est.

§. VIII. Præterea (VII) vulgata doctrina pontificiis ansam dedimus, caulationibus variis doctrinam de potestate principum protestantium turbandi & corrumpendi. Nam ex propria nostra doctrina inferunt, potestatem episcopalem antiquam haud esse *sublatam* per pacem religiosam, & Ostiabrugensem, sed *suspensam*, exercitium saltim interim ubi vindicasse principes euangelicos, & ita non *iure proprio*, sed *conveniente* iure, ut quodcumque iuris potest, sed

sed fiduciario magis agere, & tamdiu in quieta possessione
huius exerciti relinquentes, usque dum de religionis dissidiis
per Dei gratiam conuentum fuerit, vt dicitur in I. P. art. V. §.
13. Addunt præterea pontifici, principes tanquam laicos,
iuris episcopal ex natura sua incapaces iudicari, vt in eo-
rum personis haud inuenire possit, vbi pedem radicaliter fi-
geret, adeoque, ad pacem reducendam, tantum ad tempus
suspensam esse ius dioecesanum & iurisdictionem ecclesiasti-
cam, & utriusque reuulscentiam sperandam esse. Videant
tamen, ne spes eos fallat! Certum est, suspensam esse iu-
risdictionem papalem & episcopalem, donec dissidia circa re-
ligionem sopia fuerint, h.e. in perpetuum, quia talis conditio
suspensioni adiecta est, quæ moraliter impossibilis est, & nun-
quam existere potest: et si vel maxime existere posset, nun-
quam tamen principes protestantes tam prodigi iurium suo-
rum fore præsumuntur, vt partem summæ potestatis eximi-
am abdicare, & rursus in clericos transferre velint. Iam au-
tem suspensio iurium, quæ in effectu fit in perpetuum, re-
uera totalis iurium abrogatio & extincio censi debet. Quis
enim crederet, amicabili & sine villa coactione controuerias
sopiri posse, quod tamen in I. P. vbique supponitur. Vesti-
gia maiorum protestantes terrent, ne sponte eandem tyran-
nidem rursus subeant, a qua per Dei gratiam libertati sunt.
Quodsi ergo conditio existere posset, hoc vel ita fieret, vt
pontifici ad nostra castra redirent, vel vt nos colla nostra ve-
teri iugo subiiceremus. Prius si fieret, quod optamus, nihil
sane lucrabuntur episcopi, quia potius omnes, qui adhuc su-
persunt, potestatem suam deponere & ad casas redire iube-
buntur. Posterior si fieri posset, conditio utique existeret; ast
cum tot bellis, persecutionibus, oppressionibus aliisque du-
rissimis malis constantia nostratum frangi haud potuerit, quis
crederet, eos, pace reducta, sponte cessuros, & dominatio-
nem Cleri pontificii rursus agnituros esse. Vnde etiam in I.
P. art. V. §. 14. in f. adiecta est hæc notabilis clausula: si vero,
quod Deus prohibeat, de religionis dissidiis amicabiliter conueni-
ri non possit, nibilominus hæc conuentio (& sic etiam suspensio
iurisdictionis ecclesiasticae) perpetua sit & pax semper duratu-
ra.

ra. Pluribus de hac materia agit PETRVS MULLERVS de iurium
episcopal. prætensi. riuitaientia seq. II. c. 2. LINCKIUS de iure
episcop. c. XV. n. seqq.

(VIII) Quia
alii ICt hanc
doctrinam
iam repro-
barunt.

§. IX. Neque (VIII) hæc, quam hic propugno, senten-
tia singularis & plane noua est, cum eandem iam antea viri eru-
diri propugnauerint, quorum testimonia maioris illustratio-
nis gratia hic producam. Fuse AVCTOR meditat. ad I. P. art. V.
§. 29. hac de re differit, & p. 709. ita iudicat: ances valde &
lubricum est, iure diœcesano vel episcopal, quod inuentum est
hierarchie pontificie, causam principum protestantium, impri-
mis vero secularium, quod ad potestatem eorum circa sacra at-
tinet, ueri, cum longe fortiora orna ex sublimi territorii iu-
re, in sacra non minus quam profana valido, nisi quis religio-
ne se fascinari sinit, suppetant. Neque sat is est pro dignitate
negotii dicere, ius episcopale esse annexum iuri territoriali, quia
enim annexa rei communiter viliori locore ipsa habentur, itaque
tutius erit, curam sacrorum inter partes potestatius superiori-
tatis territorialis referri, & non inter eius annexa. Evidem
possemus faciles in verbis esse, si modo re conueniremus. sed ex-
perientia nos docet, quam facile calumniis & canillis locutiones
minus propriæ & accurrare sint exposte: & præterea mibi nescio
quid semper difficultus, in nomine illo i uris diœcesani vel episcopala
quodcleri dominationem sapit a ciuili imperio absoluam, quin
ali quando haec contrariam, aut recalcitrantem. Relinquimus
igitur clero catholico suos titulos iuris diœcesani, episcopatus &
iurisdictionis ecclesiastice. Nobis maiestas ciuilius imperii non
adeo sordeat, ut existimemus, dignitati eius & vi accedere ali-
quid posse adiuncto alio iure spurio & nominis insidijs. Atque
hinc non videntur mibi de principe magnifice satis loqui, quibus
ille in sua ditione episcopus audit. Non magis sane, ac si quis eum
consulem dixerit, vel consiliarum. Et post paucap. 710. inf.
pergit: Habent itaque principes duas maxime causas, cur sita a
iure diœcesano & episcopal i caueant, quoties originem eius ali-
unde, quam superioritate territoriali, deriuamus. Nam & in
pontificium insidias facile incident, quibus assiduo illud est in
ore iurisdictionem suspensam quidem esse contra protestantes,

sed

sed non in illos translatam, ne qui sequi, exentos a iurisdictione eandem in alios exercere posse, cum qualitas suspensionis sit, non ut potestatem dei, sed ut tam, que fuit, quiescere faciat. vid. vindic. Hildes. p. 134. Et sue religionis hominibus ex ordine sacro viam sternerunt, adeo eandem arcem occupandam, qua pontificios vix deiecerimus. Cum ex aduerso iure territoriali in scenam producatur illis respondere facile liceat, non opus esset nobis translatione iuris diocesani, cum imperio proprio velut postlimino reducitur, quod ius episcopale nunc sublatum olim impediatur, ut res sacras & ecclesiasticas administreremus. Et hi lubentius se abstinenti manere, quod ab omni episcopalii qualitate praescindit, cuius nominis & dignitatis honores & privilegia nostri etiam inuidie appetunt, venanturque: et si a nominibus & titulis quibusdam in locis sibi temperent. Iam antea TABOR de regimine imperant eccles. ib. XVIII. de hac doctrina dubitauit, quatenus non satis mentem suam explicauerit. Ait enim: Sed distinguendum est ius episcopale diuinum, seu ex verbo Dei episcops competens, & humanum, seu humana ordinatione aut usurpatione subintroductum. Illo sensu ius episcopale plane separatum & distinctum manet a iure imperantium ecclesiastico; posteriore autem sensu plane equiuoco diciatur, certe partes functionum ecclesiasticarum nostrum regimen attingere non debet, ideoque in nostra appellatione (regiminis scilicet ecclesiastici) acquiescamus. Falsitatem & inconvenientiam huius doctrinæ etiam agnouit STRAVCHIUS dissert. de statut. a summ. principe. §. 26. ubi notantur ait: Hodie in imperio Germanico principes protestantes, qui vocantur, potestatem circa sacra recuperarunt iure proprio, cuius vi clerici sui obligantur constitutionibus eorum. Inde tamen satis supine a quibusdam dicuntur duplum habere personam. Cura enim principibus potestas legislatoria circa sacra de se competit, ut principibus, iure proprio, & ut sunt rectores ciuitatis, vel sue communitatibus, non aliam propriam exercitium huius potestatis personam possunt representare, quamqua leges circa profana condant: sed cum potestas ipsa una sic etiamque, non potest huius unius potestatis ratione duplisem personam princeps gerere, nec rectius episcopalia forte iura dixeris

principes nostros exercere, non magis atque si iurisdictionem ministro mandatam vel de facto ab ipso usurpatam cum vindicaueris, ministri appellare possis, eiusque personam represeñare respectu illius dixeris. Nec haec de verbis est obseruatio, sed ad ius rei multum interest, itane an aliter loquaris. Et potius episcopus duplē personam gerit, nempe ecclesiasticam & iudicis. Huc etiam collimasse videtur excell. Dn. HORNIUS in iur. public. cap. 59. §. 3. vbi ita: *Liquet etiam ex his, minus dicere, qui principibus nostris & statibus imperii ius episcopale tantum tribuunt, quod subordinatur pontificis potestate, cum illorum potestas longe alius ascendit.* Conf. B. Dn. STRYK. de iure papal. princip. euangel. c. 2. §. 2.

An consulant
huic doctri-
næ, qui ius fa-
crorum a iu-
re episcopali
distinguunt?

§. X. Huc etiam suo modo collimant, qui ius episcopale a iure sacrorum distinguere debet contendunt. Ius enim sacrorum, inquit, cohæret ipsi maiestati, & inde facultas disponendi circa sacra principi competit, atque circa tria versatur: (1) circa diuinum cultum in se spectatum, (2) circa ecclesiasticam iurisdictionem & personas culti destinatas, (3) circa res & bona ad cultum necessaria, quale ius apud Romanos Catholicos pontifices Romani hactenus sibi vindicarunt. Huic subordinatum est ius episcopale, & præcipue ad executionem cultus iam tum recepta spectat. Hoc ita applicari solet ad foram protestantium, ut iura sacrorum principibus afferenda sint vi superioritatis territorialis, qui eorum ordinationem secretiorii suo consilio plerumque reseruare iura autem episcopalia consistorio suo delegare soleant, vid. B. Dn. STRYK in not. ad ins. eccles. BRVNNE. lib. 1.c. 6. m. 12. §. 1. & 6. LINCKIUS de iur. Episc. c. 1. n. 63. Evidem qui hac distinctione vtuntur, in eo nobiscum consentiunt, principibus nostris non iura episcopalia, sed longe eminentiora tribui debere; ast quia ius illud suplime sacrorum omnia amb tu suo complectitur, quæ in sacris vi imperii ciuilis principes agere possunt, non amplius videtur necesse, simul iura episcopalia retinere, eaque illis subordinare. Neque propter limites consistorio constitutendos hoc necessarium videtur, vt pote quod non est loco episcopi, sed delegata principis potestate vitur, & consequenter

ter nequidem recte de eo dicitur quod *iura episcopalia* ex delegatione principis exerceat. Nam aut hoc est intelligendum de *iure episcopali* in sensu iuris canonici, aut in sensu in foris protestantium recepto si prius, ingens catalogus eorum iurium, quæ ad episcopos spectant, confici posset, quæ tamen a consistoriis nostris exerceris non possunt. Habent etiam Catholici episcopi sua *consistoria*, quibus *officiales* eorum præsunt, qui tamen non omnem exercent episcopalem potestatem, uti fusissime demonstrant PETRVS LEVRENIVS tr. de vicario episcop. Non erraueris sane, si dixeris, nostra Consistoria ad formam consistoriorum episcopalium constituta esse, & ita eo minus de iis dici potest, quod *iura episcopalia* in vniuersum explicent & exerceant. Si posterior significatus arridet, tunc potestas principis & consistorii vix distingui posset, cum utriusque iura episcopalia adscribenda essent. Rectius abstinentiam esse existimo ab eiusmodi terminis, qui non nisi ad confundendam nostram iurisprudentiam apti sunt, cum non ex iure canonico iura sacra æstimanda sint, sed ex iuris naturæ solidis fundamentis.

§. XI. Sic itaque ex hactenus dictis concludo (1) potestatem & imperium circa sacra haud deberi clericis, & ita iura hæc sublimia minus recte dici *episcopalia*, (II) nec proinde nostros principes necesse habere, ut quoad exercitium horum iurium se *episcopos* esse fingant. Fluunt potius hæc iura *ex summo imperio ciuili*, cuius annalogum est *superioritas territorialis*, leniori vocabulo illud ipsum exprimens, quod summo imperio ciuili competit. Itaque hocius exercet, quatenus *reipublicæ suæ præfet*, & finis eius hoc postulat, non quatenus est *membrum ecclesiæ præcipuum*, prout nuperime asserere studuit Dn. 10. WOLFGANG. IAEGER in tr. de concord. sacerd. & imper. c. IV. Qui hanc hæresin fouent, vel nihil vel parum absunt ab errore hactenus reprobato de *iuribus episcopaliibus principum euangelicorum*; Hi enim, qui principem *episcopum* esse volunt, nihil aliud indigitant, quam principem in exercitio iurium sacrorum considerari ut *primarium ecclesiæ membrum*, quo ipso in errore haud ferendo subsistunt, *ecclesiæ imperium sacrum proprium esse*, & hoc respectu a

F 3

An principes
iura sacra ex-
erceant qua-
tenus sunt
membra pri-
maria eccl-
esiæ?

(1) sicut sibi
potest ei
concedere
estimatio
sensusque

prin-

principe exerceri, quatenus *primarium* eius *membrum* est. Inde rursus infiniti alii errores propullulant, scilicet ab hoc imperio *circa sacra* non excludendum esse ministerium *sacrum*, imo nec plebem, sed principi tantum competere prærogatiuum suffragii &c. At vero in *ecclesia* princeps plus iuris non habet, quam aliud quocunque membrum, quia in ea non consideratur, ut *princeps*, sed ut *Christianus*, adeoque frustra ab hoc respectu *ius circa sacra* petitur, imo in effectu eidem negatur: quod enim toti *ecclesiae* commune esse assertur, id prærogatiuum principi non adeo constituit. Quicquid autem agit vi *imperi* ut *princeps*, hoc agit intuitu *reipublicæ*, cui solus præstet, & sicuti vi *imperi* omnes subditorum actiones dirigit, ita quoque, quin de *ecclesiasticis* idem dici debeat, dubitari nequit.

CAP. III.

DE

VARIO HVIVS DOCTRINAE VSV.

Doctrina in
hec vsum
non in nudis
verbis sed re
ipsa habet.

Inde fuit (I)
ius circa fa
cra principi
priuatue
competere.

Quemadmodum STRAVCHIVS in verbis §. IX. cap. an
rec. relatis optime monuit, hanc observationem
de facti iure episcopali principum euangelicorum non
esse inanem & nudam de verbis certamen, sed
multum interesse, itane an aliter loquamur; ita hoc ipsum
presenti capite illustrabo, ostensurus, plures falsas conclu
siones ex hoc *imaginario iure episcopali* fluxisse, & iura no
strorum principum sacra nentiquam ex iuris canonici insti
tutis estimanda esse.

§. II. Prima eaque *primaria* conclusio falsa, ex hac te
nus reprobato iure episcopali principum euangelicorum de
ducta, ipsum *ius eminentia circa sacra* tangit, quod principi qui
dem non negatur, sed ut eidem non priuatue, sed *cumulative*

competat, concurrente ad eius exercitium ministerio & plebe. Ita philosophatur FECHTIVS in verbis *cap. i §. 7.* adductis. Ita quoque passim ICti, qui episcopatum principibus protestantibus adscribunt, sentiunt. Vide CARPZOV. lib. I. *iur. repr. consil. d. f. 69.* & *decis. ii. 3.* SCHILTER *insti. iur. canon.* lib. I. *iii. 3. §. 4. & 15.* & lib. II. *ii. 1. §. 8.* Constat enim ex iis, quæ *cap. I.* tradita sunt, ab initio quascunque causas ecclesiasticas maioris momenti ad totius cœtus ecclesiastici determinacionem pertinuisse, non ad solum episcopum, qui *directionem* tantum, cum *prerogativa* quadam *suffragii*, in eiusmodi liberationibus habebat. In aliis minoris momenti causis solebat clerum suum in consilium vocare & de causis emergentibus statuere. Eundem statum reductum esse in ecclesiis protestantium sibi aliisque persuadere conantur, asserentes, principes esse *episcopos*, adeoque clerum ecclesiarum excludere non posse, quin etiam in causis maioris momenti v. c. in reformanda ecclesia, & quæ ad dispositionem cultus exterrispectant, plebem quoque consulendam esse. Episcopos quidem pontificos *priuatiue* hæc iura sibi vindicasse, sed hoc eo ipso emendatum esse, quo facies ecclesiarum protestantium pristino suo nitori restituta est. Principes esse episcopos, & ita in ecclesiis potestatem suam exercere, ut primaria eius membra, & ita reliqua membra excludere non posse, cum notorium sit, constare ecclesiam triplici ordine, clericali, magistratus, & oeconomico &c. Distinctus procedit HAVEMANNVS de *iur. episcop. tit. IV. §. 5.* docetque, ius episcopale ex distinctis partibus constare & secundum has iudicandum esse, in quantum illud in principem translatum sit. Nam, ait, *nonnulla visuntur in iure episcopali, quæ solis ecclesie ministri compentunt iure diuino, actus scil. ministeriales seu ordinis, quæ ad magistratum transferri non potuerunt.* Nonnulla existant iure episcopali canonico, que ad solum pertinent magistratum politicum. Nonnulla reperiuntur in iure episcopali canonico, quæ pertinent ad totum ecclesiam iure diuino; hæc non possunt transferri vel ad solum ministerium, vel ad solum magistratum, vel ad solum populum. Nonnulla proferuntur

sur in iure episcopali canonico, quæ ministerium & magistratuum iunctum pertinent, quæ unus status sine concursu alterius non potest probe expedire. Hanc doctrinam in seqq. verbis MATTHAEI STEPHANI grauissimi iuris episcopalis assertoris, illustrat, & per aliquot capita doctrinam propositam ad casus speciales applicat.

Nec ad eius exercitium concurrere ministerium aut plebem.

§. III. Aet vero quemadmodum falsum est, principem esse episcopum, & iure episcopali in ecclesiis agere, ita ad exercitium iuris sublimis circa sacra non concurrit ministerium, nisi simul afferere velimus, huic quoque concursum deberi in exercitio iuris territorialis, vnde potestas hæc dependet. Quando principes, vt alis, agit, iure imperii ciuitatis disponit, cuius nec plebs, nec ministerium particeps est. Non nego ecclesiam, ad instar aliorum collegiorum æqualium, quædam priuato patro, adornare posse, & olim etiam potuisse, postquam a republ. neglecta & derelicta erat, sed salua inspectione principis, qua præcauet, ne quid in detrimentum reip. ibi agatur. Sic ad ecclesiam electiones ministrorum ecclesiæ pertinent, naturaliter, quemodmodum alia collegia quoque præpositos sibi eligunt. Sed interest principis, vt idonei eligantur, vt electio sine turbis & factionibus fiat, ne inuitis obrudantur a Clero prædominate, quos reprobant &c. Etiunde vario modo princeps circa electionem disponit. Pertinet ad ministerium officium docendi & administrandi sacra; salua rursus inspectione principis, qui modum docendi determinare, & rationem administrandi sacramenta præscribere potest, quatenus in sacris haud determinata est. Olim ubi ecclesiæ a republ. neglectæ & derelictæ erant, cognitio de causis ecclesiasticis, ordinatio liturgiarum, & dispositio de aliis quibusunque negotiis ad totam ecclesiam, quatenus collegium æquale constituebat, pertinebat, id quod omnibus collegiis priuatis commune est. Vbi vero a republ. approbari, & publica auctoritate stabiliri ceperunt, principes ex eadem inspectione suprema, & virtute imperii summi, quod per totam rem publ. exercent, libertati ecclesiistarum limites ponere, & prout reipublicæ conducere videbatur, negotiorum ecclesiasticorum deter-

determinationem ad se reuocare potuere. Neque vñquam ista causa destituitur, quia nimia libertas, ecclesiis relicta, semper reipubl. noxia fuit & occasionem dedit, vt status politicus in iis introductus fuerit. Conf. disserr. de praxi iur. canon. in terr. protest. c. III.

§. IV. Altera conclusio, ex reprobato iure episcopali (II) Consistoriorum potestas inde astricta, que variis erroribus obfusata est.
 principum euangelicorum deducta, iura & potestatem consistoriorum concernit. Nam (I) inde refert CARPZOVIVS lib. III. iurispr. consist. def. 1. necessitatem consistorium absolutam, & n. 22. ita differit: *Lices in una eademque persona iurisdictionem temporalis & ecclesiastica concurrat: attamen duplē respectum in persona illa obseruari necesse est, non modo siquidem principis secularis, sed etiam episcopi officium sustinet, adeoque secularē ut Princeps; ecclesiasticā vero iurisdictionem ut episcopus exercet; quidni ergo indistincta iudicis cancellaria nempe principis & consistorio episcopi.* Haūsle videtur hanc doctrinam ex MATHAFI STEPHANI rr. de iurisdic. lib. III. p. 1. c. 15. vbi adhuc crassius philosophatur, & fere plus iuris consistorio adscribit, quam ipsi principi, quia n. 8. existimat, status imperii, cum consensu provincialium statuum & SVBDITO. RVM exercitium iurisdictionis ecclesiasticæ OMNI MODO consistoriis demandasse. Inde (II) infert, quod exercitium iurisdictionis ecclesiasticæ status imperii ad se reuocare, & causam aliquam auocare non possint, quod etiam defendit MYLERVS AB EHRENBACH de Gamolog. c. VIII. §. 7. Quin quod (III) ex eodem errore ipsum principem consistorii subiiciant, quod consistorium totum presbyterium ecclesiæ repræsentaret; ac ordinariam iurisdictionem exerceret, nec absolute & omnino supra presbyterium princeps territorii constitui possit, cum saltum membrum eiusdem sit, qua episcopus scilicet id quod in causis spiritualibus æque & corpore dirigatur, illicet audire teneatur, ad instar priuati alterius subiecti. Ita ratiocinatur MYLERVS AB EHRENBACH de Gamol. c. VIII. §. 8. inf. & simul inde concludit, principes in causis matrimonialibus se iudicio consistorii sui submittere debere. Denique (IV) ex eadem doctrina vel omnis appellandi licentia a sententiis

tiis consistorialibus in dubium vorari, vel ad minimum inde inferri posset, appellationem non ad supra *tribunalia secularia* dirigendam esse, sed vnicē ad principem, tanquam *episcopum*, ut ita in *consilio sanctiori* grauamina appellationis decidantur, cum huic ipse präsideat, & præterea iura sacrorum in hoc consilio expediantur.

Consistoria
non sunt ne-
cessario con-
stituenda.

S. V. Has erroneas & ICto indignas sententias peperit infasta doctrina de *iure episcopali* principum euangelicorum, quas proinde recte falsitatis arguit & perstringit excell. Dn. I. S. STRYKE de orig. & usu iuris, eccl. c. II. §. 2. sugg. Nam quod primam obleruationem attinet, oppido falso est consistoria necessario esse constituenda, cum omnium iudiciorum constitutio ad arbitrium principis pertineat, & de illis liberē disponere possit, quatenus aliud pactis, cum statibus provincialibus initis, haud prouisum est. Frustra sane prouocatur ad duplē respectum principis, qui mere cerebrinus est. Eadem potestas, qua iudicia secularia princeps constituit, producit quoque consistoria, & sic rectius ius constitundi consistoria a superioritate territoriali, quam a *iure episcopali*, petitur, vid. KNICHEN de sublim. terris. iur. c. III. n. 244. HERTIVS de superiorit. territ. §. XII. Praxis quoque querundam locorum huic sententiæ accedit, cum in quibusdam locis consistoria specialia deficiant, & causa ecclesiæ indistincte in Cancellariis expediantur, quemadmodum Hamburgi hactenus nullum consistorium a senatu constitutum esse, auctorauit B. Dn. STRYKE in not. ad ius eccl. BRYNNEM. lib. III. c. 1. §. 2. Hoc interim non nego tutius & consultius agi quando consistoria constituuntur, cum aliis quoque causis magni momenti, vt feudalibus, forestalibus, salinariis, metallicis &c. fora specialia & priuilegiata constiuantur, non tamen ex ratione necessaria, sed expedientia. BRYNNEM. de iur. eccl. lib. III. c. 1. §. 3. in f. ZIEGLER in prælect. ad ius canon. adrur. X. de iudic. De cetero inde quoque fluit, falso esse MYLERI assertum, consistorium ab ecclesia dependere, cum tamen ex sententia nostratrum ecclesia imperium aut iurisdictionem non habeat, nec rem publicam constituat. Audiamus BRYNNE-

MAN-

MANNVM de iure eccl^e. lib. III c. 1. §. 3. ita edisserentem: *Consistoria ordinantur in ecclesiis euangelicis a statibus imperii, quibus iuris dictio ecclesiastica competit. Ecclesia enim, qua talis, non habet iurisdictionem & vim coadiuvam externam, sed internam. Sed a principibus, ut dictum, derivata est iurisdiction ad episcopos & praedatos, & quia ecclesiastica iurisdiction episcoporum Romano Catholicorum suspensa, id est res redit a sua prima principia: & quia ius in sacra ad principem pertinet, ideo etiam iurisdiction a principibus, & qui iura principiis habent, exerceunt &c.* Hoc itaque posito, modus exercendi istam iurisdictionem ab arbitrio principis dependere debet. Denique hoc quoque illustratur ex prima occasione, qua consistoria constituta, quam verbis MEVII p. III. decis. 415. n. 9. illustrabo, aientis: *Quemadmodum Saxonia initium fecit reformationis, ita etiam exemplum plerisque euangelicis dedit ecclesiasticae ordinationis. Ut itaque consistoriorum quoddam pro causa ecclesiastica instituit, ita ceteri imitati idem fecerunt. Nulla autem lex vel pactio communis est, ut non nisi tali in consistorio istae cause agerentur vel iudicarentur, ut suo cuique in territorio potestas integra, ita & ordinandi exercitium episcopalium iurium modulus arbitrarius remansit, donec certam legem in territoriis accepit, perpetuo seruandam.*

§. VI. Quæ cum ita sint, per se quoque corruit altera obseruatio, *auocationes causa rūm ecclesiasticarum concernens.* Has quoque negat principi integras esse GEBHARD de potest & regim. eccl^e. n. 223. eo quod iudicia huiusmodi ecclesiastica rotum presbyterium eccl^e representent, nec absolute ad principem spectent, ut curiae mere seculares. Sed falso utique est hoc presuppositum, presbyterium representari per consistorium, cum presbyterio nulla iurisdiction ecclesiastica, nullum imperium sacrum competat. Iurisdiction fluit ex potestate suprema reipubl. & ita consistoria absolute ad principem spectant, prout quoque B. STRYKVS ad ins. eccl^e. BRVNNEM. lib. I. c. 6. n. ii. §. 6. verb. per sua consistoria obseruat. Quod si verum est, vti omnino est, ius quoque auocandi principi haud denegandum BRVNNEM. in iur. eccl^e. lib. III. c. 10. §. 24. ibique B. STRYKE,

Causæ a Consistoriis auocari licite possunt.

quamvis sine iusta causa non facile exerceri debeat MEV. p. 2.
decis. 134. Quin quod ipse CARPZOVIVS lib. III. iurispr. consift. def. 14. auocationes caufarum principi concessas esse; contendat, quamvis erroneam rationem, & quidem hanc addat, quod episcopi nomine in Consistorio exerceatur iurisdictio, cum potius principis, qua talis, iurisdictio exerceatur, & ita eo minus ministerium S. sese ingerere possit, quod tamen facile fieri solet, si in errore conceptu de principe, qua episcopo, substituiimus.

Princeps
consistorio
haud subia-
cer.

Quo sensu
iurisdictio
ordinaria
consistorio
competat.

§. VII. Eadem quoque responsio conculcat prorsus obseruationem tertiam. Si enim Consistorium penitus a principe, qua tali, dependet, princeps consistorio subiectus dici nequit. Imo qui ita philosophantur, duplarem rem publicam sibi fingunt, ecclesiasticam & secularem, ita ut illi praesideat presbyterium quoddam, cuius membrum princeps est, quo nihil absurdius dici & concipi potest. Aiunt porro, consiftorii iurisdictionem esse ordinariam, quod etiam defendit SCHILTER in inst. iur. Canon. lib. I. tit. 5. §. 14. Sed proposito haec ambigua est. Nam (I) iurisdictio ordinaria dicitur, quæ competit alicui vi officii ex canone & ita proprio iure, quo sensu episcopi sibi ordinariam iurisdictionem tribuunt t. I. X. de off. ordin. iudic. c. 7. eod. in 6. non vero eius officiales & vicarii, quibus consistoriales & equiparendi sunt. (II) Ordinaria dicitur, quæ consueto more, & ordine semel a principe ita in perpetuum constituto exerceatur, & extraordinem commissarii datae opponitur. Hoc sensu consistorio tribui potest ordinaria iurisdictio, quia lege perpetua in prouinciis consistoria constituta sunt, ut de causis ecclesiasticis ius dicant, quemadmodum hoc sensu quoque indica secularia iurisdictionem ordinariam exercent. Ast in sensu priori ordinaria iurisdictio Consistorio tribui nequit, quia non princeps, quod tamen plerique contendunt, sed consistorium iura episcopalia, & quidem independenter, exerceret. Hoc quidem malle plurimos obseruo, qui consistoria ecclesiam repræsentare afferunt, sed iam saepius hunc errorem reieci, cum ecclesia nullam agnoscat iurisdictionem.

§. VIII.

§. VIII. Denique ultima obseruatio quoque magni est A consistorio momenti, cuius decisio ex hacenus dictis dependet. Non deesse enim, qui appellations a Consistoriis ad principis tribunalia summa improbant, patet ex HVLSEMANNI breu. Theol. c. XIX. n. 19. vbi ita: *Negamus posse prouocari a iudicio ecclesiastico legitime constituto ad iudicium mere ciuile, siue supremum siue subordinatum fuerit.* Eadem enim qualitas causa seu objecti requirit eandem qualitatem iudicis ad quoicunque tribunalia per gradus ascendetur. Supponunt enim iurisdictionem ecclesiasticam esse toto celo diuersum a seculari, eandem exerceri nomine episcopi vel eccl. sive, tribunalia autem suprema dependere a principe, qua tali, & secularibus tantum negotiis expediendis dicata esse. GERHARD cit. l. n. 224. Interm praxis plerorumque locorum refutat dissentientes, secundum quam permitti est appellatio a Consistorio ad tribunalia principis. In ordin. elect. Saxon. eccl. iii. von Ober-Consistorio disertis verbis ita cauetur: Es soll aber doch von diesem Consistorio so wohl als von andern beyden, ein jeder, der sich durch desselben Urtheil und Procesc oder sonst in andre Wege beschweret achtet, an uns oder unsere Regierung sich zu beruffen, gute Macht haben. In renouat. ordin. process. Magdeb. c. 43. §. 9. ita disponitur: Und haben wir denenjenigen, so in causis ecclesiasticis einer appellation bendthiget, zum besten, und damit sie satzam gehoert werden, gnadigst bewilligt, dasd iedweber, welcher in gedachter causis ecclesiasticis über eine definitiva sententia oder Urtheil, oder durch ein interlocut, so die Kraft einer definitiv hat, sich beschweret findet, innerhalb 10 Tagen a die publicatæ sententiaz an uns unterthänigst appelliret, schedulam appellationis bei unserer Magdeburgischen Regierung überreichen möge. Hanc praxin satis conuenientem esse, probat BRVN-NEM. lib. III. c. 10. §. 1. aiens: *Consistorium habet delegatam iurisdictionem a Maiestate seu principe: sicut ergo a delegato iudice ad delegandum iudicem appellari, ita non dubium est, ad Maiestatem vel superiorem appellari posse, cuius est summa etiam in sacris potestas.* Approbat quoque hoc ipsum MEVIVS p. 4. decis. t. n. 3. afferens; licet vbiique iurisdictio ecclesiastica distin-

Etia fuerit a seculari, hoc tamen non complacuisse nec communem habere obseruaniq[ue], ut postquam Consistoria iudicarent, non nisi ad familia forma composita iudicio provocetur, sed status imperii reseruasse & exercuisse eam libertatem, quomodo de iis iudicantium vellent; & sic aut ipsas, aut per sua tribunalia & curias de iis iudicare, & diuinis humanisque legibus conuenire.

A consistoriis recte appellatur ad suprema appellationum tribunalia principum imperii.

§. IX. Ex hac tenus dictis quoque dependet decisio quæfionis, utrum appellari possit a Consistoriis ad suprema tribunalia appellationum, quæ in his territoriis constituta sunt, in quibus ad iudicia imperij suprema appellari nequit, & ita in istar horum tribunalium sunt, si scilicet alia principis determinatio deficiat. Quod affirmandum esse iudicio. Nam (I) iam probavit, a consistoriis prouocationem ad principem eiusque curias seculares esse permittant, fallique eos, qui ad principes tanquam episcopi cognitionem has causas tantum deuoluendas esse existimant. (II) Suprema appellationum tribunalia in genere constituta sunt, vt nomine Principis causas appellationum expediant, & cum caularum ecclesiasticarum appellationes quoque ad principem, qua talem, dirigi debeant, qui impedit, quo minus etiam hos nomine principis expediant? Si dicas, tribunalia appellationum suprema representare principem *qua talem*, non vero *qua episcopum*, regero, concedi posse obiectionem salua thesi, quia princeps nec *episcopus* est, nec *iura episcopalis* habet, sed *qua talis cognoscit de causis appellationum*, & ecclesiis, & proinde quia causas appellationum in genere delegavit tribunali supremo, omnes quoque ad illud pertinent, nisi specialis exceptio vel reseruatio doceatur. Hæc vero in causis ecclesiasticis non occurrit, quia regulariter in iis appellatur ad curias seculares, & quæ ratio diversitatis alias hic allegari solet, erronea omnino est, supponens, consistoria vel ab ecclesia dependere, vel quidem a principe, sed *qua episcopo*. (III) Accedit praxis locorum, de qua iam §. antec. dixi, cum etiam in Ducatu Magdeburgico a Consistorio ad Regimen, & ab hoc ad summum tribunal Berolinense appelletur. Sic etiam appellationis in causis ecclesiasticis a Consistoriis ad Tribunal

bunal regium Wismariense deuolui, testatur MEVIVS p. 2. decr. 365. III. decr. 415. IV. decr. 1. eamque praxin rationi iuris conformem esse, his probat argumentis: (I) quod vniuersaliter huius tribunalis iurisdictione in omnibus causis sine villa exceptione fundata sit; (II) quod suspensio iurisdictionis ecclesiastice papalis causis ecclesiasticas reduxerit in eum statum, in quo fuit, antequam has cleris papalis ad forum suum traxerit, vbi in his appellatio ad principem supremum qua talem, fuit permisso, & sic quoque ad eius summa tribunalia permitti hodie debet; (III) quod per sententiam contraria sumnum immineat praejudicium, & exemptione causarum harum e summis tribunaliibus nihil aliud sit, quam redditus quidam ad errorem ponificium & suspensio iurisdictionis limitationem, utpote quæ non aliud habet presuppositum quam istas esse spiritualia; (IV) quod omnis ratio ad exendum valida deficiat, postquam causa veteris exemptionis inter euangelicos sublata est, nec supersit magis, notanter addit cit. decr. 365. n. 26. cur exemptione ab appellatione fratuatur, quam vi VETVS ERROR recipiatur; (V) quod nefas sit illam iurisdictionis speciem dubiam facere, antequam inspecie summo huic tribunal interdicta fuerit. His addo testimonium CASPARIS ZIEGLERI in prelect. adiutor canon. ad tit. X. de iudic. vbi inf. prouocat ad consuetudines terrarum Saxoniarum; secundum has, ait, cause ecclesiastice in iudicio appellationis supremo, quod ex personis tantum secularibus constat, discutiuntur & determinantur, vi maxime in prima instantia ab ecclesiasticis iudicibus cognitio cause expedita fuerit.

§. X. Noui quidem communiter illud obiici solere dubium remouetur. rebus, hec tribunalia suprema esse surrogata in locum summorum tribunalium imperii & consequenter eas tantum causas ad illa per viam appellationes deuolui posse, quæ alias, his non constitutis, ad cameram vel aulicum imperii iudicium deuolui potuissent. Iam vero tralatitium est, nec cameram imperii, nec iudicium imperii, aulicum iurisdictionem ecclesiasticam exercere, aut appellationes in his causis recipere posse, adeo ut ne quidem in matrimonialibus fundata sit horum tri-

